ℂ Secūda itentio ꝓplēt sic. aliq dicūt antiq qd ꝓfert apatibus calidis cū incipiūt colluio facta cū oleo nouo de oliuis ꝛ maxime facto ex oliuis silucitribus. sit āt tepiduz in collutione. ℂ Auic. dixit. fiat colluio cum aqua rosacea. vel cuz lacte acetoso. vel cū aqua mirti. ꝛ decoctio balaustiaꝝ ꝛ aq armagiose. ꝛ infusio glādiū. ꝛ succus portulace. valet etiā hoc ad apata frigida qñ in hoc sunt bullite blacte bizantie. sed tunc oleum illud calidum appropriatē. ℂ Et ego dico qd folia rubi masticata ꝓferunt. ꝛ specialiter in calido in augmento. ℂ Dixit Auic. fiat colluio cuz oleo arboris masticis ꝛ oleo murtino. ꝛ in vnoquoqz ponat mastix: aut oleuz in quo bullierit mastix ꝛ rose aut oleum rosaceum in quo bullita sit spica ꝛ mastix in statu. ℂ Dixit Auic. valet circer. ꝛ specialiter in apatibus gigiue calidis duris ꝛ succ⁹ yreos ꝛ succus foliorum olive ꝛ fer vini ꝛ succus rute. ℂ Dixit Auic. ēt. Multi curant gingiuas siue tumores earum cum butiro. ꝛ nos approximamus cū ꝓprie in gingiuis ifantū. ꝛ linimus eas cū eo qñ volumus qd dentes eoꝝ nascanē cito ꝛ sine dolore. ꝛ confert. alijs apatibus oris in declinatione valēt. ℂ Ihuan⁹ dixit: qd teste murtū marinoꝝ combuste solute cum melle tumores gingiuaꝝ ꝛ nascentias curāt. ℂ Serapio dixit: multū curat gingiuas siue tumores alumē iamentū ꝛ apatibus vule multū valet. ℂ Auic. dixit. colcotar multū cōfert apatib⁹ gingiuaꝝ. ꝛ ꝓstringit eas. ℂ Et valēt ēt hic illa q̄ dicent inferius i cap. de dolore ꝛ de apatibus oris. Quare ergo ista capitula alternatim videanē qñ ē necesse. ℂ Et b qd dicit Auic. de zinziar vez ys: si apa sit calidū ꝛ valde ꝓfundum. ℂ Si aūt apa nō sanet illo mō indiget cauterio. ꝛ melius ē vt sumat oleū feruēs cū lana involuta i extremitate tēte. ꝛ totiēs fiat dōec dūescat gigiua. verba sunt Auic. ℂ Si āt apa fit ex humiditate superflua facta purgatiōe oz vt dicit Auic. vt in pricipio colluat os cū oleis calidis ꝛ cū melle ꝛ oleo ꝛ rob. deide administrentur resolutiua fortia dicta multotiens. ꝛ patet.

ℂ De dolore gingiuarum. CA. II.

ALiqñ accidit dolor i gigiuis ꝛ ñ mirz. qz aliqñ ad locū istū fluūt mālā. s. a capite. ꝛ aliqñ a stō ꝓ viaz cuaporatiōis. ꝛ aliqñ vapores corrupti trāsmittūt ꝛ fūt apata mala: q̄ apata mala illic exītia aliqñ sī⁹ vix cīl curatōis. q̄re ꝛ illic dolō aliqñ accidit. ℂ Et Scrap. p⁹. dixit tribul⁹ cū melle mesticat⁹ dolorē tollit suplinitus. ℂ Lōstāt. dixit dolorē tollit suc. ro. cū vio vel aceto si ides os lauet vel gargarizet. ℂ Alch. dixit alumē scissuz. i. tactū dolori vule ꝛ gigiue ꝛ auri ꝛ pruritui. testicu-

lox. ℂ Auic. dixit cornu cerui vel capre adustū donec albe scat abstergit dētes fortiter ꝛ stringit gingiuaz ꝛ sedat dolorem gingiue inflate. ℂ Et dixit. succus fructus ꝛ foliorum rubi sanat dolorem gingiue: ꝛ alibi dixit. ꝛ oleum q dem arboris masticis debet virtutem vehementem in sedādo dolorem gingiue ꝛ ꝓprie recēs ꝛ subdit. ꝛ proprū eius iuamentū est in dispositione dolorum.

Tractatus nonus de apostematibus lingue.

ℂ De apate calido ꝛ frigido. C. I.

QVādoqz accidūt apata lingue calida: ꝛ aliqñ mollia flegmatica: ꝛ aliquando dura. Signa omnium horum in cura apostematibus calidi sunt nota.

In cura apatis calidi habes tres intentiones. Prima est in vita. Secūda i euacuatione cause antecedentis. Tertia est in euacuatione cause cōiuncte.

ℂ Prima intētio ꝓplēt p hūc modū. Respiciat se a rebus calidis ꝛ a vino magno ꝛ spēbus ꝛ carnib⁹ nō alteratis: vtāt lactuca farre milio: panico ꝛ sic de alijs.

ℂ Secūda itentio fit p hunc modum. fiat flobromia in principio de cephalica. deide in augmento: si fuerit expedīs fac de lingua. deinde fiat purgatio si fuerit expedīs fac de lingua. deide fiat purgatio si fuerit opus cum electuario succi ro. vel aliter vt videbitur tibi.

ℂ Tertia itentio complēt sic i pricipio vt dicit Auic. ꝛ specialiter i calido. qp si ex aqua solatri fiat gargarisma confert apostematibus lingue. ℂ Et dixit. qp si teneat sub lingua sua succum endiuie' ꝛ lactuce proprie ꝛ succum solatri proprie ꝛ lac acetosum ꝛ aquam ro. ꝛ aquam in qua ō coctē sunt. rose ꝛ succum virge pastoris ꝓfert. ℂ Et Gal. in octauo terapentice cōsuluit gargarizare succum endiuie: ꝛ cum ipso solo curauit vnum: vt ipse dicit. ℂ Mesue dicit aqua ro. ꝛ aqua plantaginis gargarizate in pri⁹. cuz accto valent. ꝛ succus coriandri cum accto valet i principio: ꝛ sumach: lētes cum modico camphore ꝛ aceto cum decoctione rosa. valet. ℂ In augmēto Serapio dixit epatica cum melle valet ꝛ phibet flurū humorū ad ipsum ꝛ valet in apostemate calido. ꝛ ego dico: qp epatica gargarizata cū aqua ro. valet in pricipio. ℂ Mula. i. impetigo q̄ nascit sup lapides gargarizata valet ꝛ mitigat inflationē lingue. ℂ Mesue dixit. diamoron cum accto decoctiōis foliorum oliuarum aut alchāne valet ꝛ rob mirti est impressio bona ꝛ proprie cuz sirupo rosaceo puro. ℂ In statu procedas cum secaniabin ꝛ melle ro. ꝛ aliquantulo sinapis: vt dixit mesue. ℂ Serapio dixit. quādo sinapis teritur ꝛ miscetur cum aqua ꝛ temperatur cum hidromelle ꝛ fit de gargarisma: confert apostematibus lingue ꝛ radi cum eius. ℂ Fidelis dixit: si lingua vel gula inflctur ꝛ supra ducatur saphirus: ꝛ in fine procedatur cū decoctione ficuuz ꝛ sale armoniaco aut baurach. ℂ Et dixit mesue: Si autem ad maturationem deueniat fiat gargarisma vt dicit Auic. cum eo qd est sicut decoctio limi: ꝛ sicut est decoctio ficuum ꝛ fenugreci: ꝛ decoctio passularum ꝛ fenugreci. ꝛ subdit qp si aperiatur administrentur stiptica i ore sicut decoctio sumach mirti ꝛ lentium ꝛ foliorum olive ꝛ vinum ponticum.

Si aūt apostema huiꝰ loci sit frigidū: qd vt i pluribꝰ sic ē. ꝛ causa patet manifeste: purgēt cū pilulis de vera vel cochijs. ℂ In pri⁹ dico qp valz decoctio spice vel decoctio masticis ꝛ absinthij ꝛ croci cum accto vel aqua rosacea in augmento. ego vero dico: qp decoctō istarum rerum facta cū vino valet. ℂ In statu dixit Auicenna: qp valet radix fenugreci combusta. ꝛ annectat ei. ℂ Et Rasis consuluit vt lauetur os cum accto decoctionis zinziberis ꝛ piperis vt materia resoluatur. ꝛ desiccare caput cū desiccātibus reuma esset bonum. ℂ Et ꝓsidera mō ex te alia que cōueniunt istis temporibus.

ℂ De apostemate duro lingue. CA. II.

Si apostema huius loci fuerit vux qđ sepe ptin git. tūc oportebit vt subtilicē regimē ꝛ cib⁹ fiat bonus. ꝛ subdit Auicē. ꝛ fiat euacuatio: vel euacuetur humor cum hieris magnis p dictis: ꝛ administrētur gargarismata subtiliatiua. ꝛ teneaē i ore infusio fenugreci: ꝛ decoctio eius cū ficubus: ꝛ granoꝝ lauri cū passulis mūdatis. ꝛ teneaē in ore lac mulie bre ꝛ asininum ꝛ caprinū: ꝛ etiā decoctio dactilorum ꝛ ficuum cū vino dulci ꝛ vino de vuis.

¶ De dolore lingue. CA. III.

Nunc de dolore ligue dicamus putātes qꝫ ista q̄ valēt i dolore gingiuaꝝ ꝛ oris ꝛ vuule ƀ valēt. qꝫ pauca dicem⁹. ¶ Et primo dolorē ligue tollit decoctio pētafilō. qꝫ radicis eius qñ fit cum ea collutio. ¶ Et Mesue dixit auctoritate Aui. ℞. sumach folioꝝ mirti: folioꝝ ros. aā. aur. i. bulliant in aqua vsqꝫ ad ꝙsumptionē medietatis. ꝛ er ƀ fiat gargarisma tribus vicib⁹ in die. ¶ Deide ƀ facto vtaē hoc. ℞. spodij: gallarū rosarū. ana. teraē ꝛ vtere. ƀ nāqꝫ valet dolori oris ꝛ radicis lingue ꝛ tumori fauciū ꝛ gingiuaꝝ. ¶ Ad idē. ℞. amili alumnis ia meni seminis ros. croci: murrhe. ana. teraē er ƀ pulucre paꝝ misceatur cū aqua ꝛ melle: ꝛ fiat gargarisma. ꝛ illud teneatur in ore vna hora.

¶ De aāpate duro sub ligua cui⁹ nomē ē ranula. C.IIII.

Ranula est apostema qđ oritur sub li gua ꝛ est simile glandule .dure: cuius color ē similis colori compositi ex colore superficiei ligue ꝛ venaꝝ q̄ sunt in ea. ꝛ dicunt aliq. Qđ qñ lingua eleuatur. appa ret alia lingua. ꝛ pp dolorē caulatū in tali loco accidit fe bris ꝛ inflatio. ꝛ sequitur aliquando mors. ꝛ aāpa est simi le rane. vt attestaē Auic. ꝛ idco ranula vocaē: cuius qdez cause sunt humiditates fluentes ad locum illum.

In cura ergo ista tu habes tres intēciones. ℣ꝛia intentio est in purgatiōe ꝛ vita. Scēa est in medicinis localib⁹ aptis illā materiā consumere. Tertia intentio est in operatione manuali.

¶ ℣ꝛia ergo itēio ꝙpleē ƀ mō. ℣ꝛio fiat purgatio mō dicto i aliis capi. cū pillulis cochijs: vel ƀ hiera: ꝛ fiat flo botomia si ē op⁹. Dicta ergo sit ficta ꝙclusiue: ne ille ma terie multiplicentur ꝛ curāt ad ipsum locum. ꝛ in omnib⁹ alijs honeste se habeat. ꝛ hoc considera.

¶ Scēa intentio ꝙpleē ƀ mō. i pricipio ranule valz: ꝛ ē vti le si cuz sale armoniaco ꝛ gall' fricēē: vt dixit Gui. de va.

¶ Sanat ēt ranulā attramētū vstū: si mixtū fuerit cū ber modactilo. ꝛ applicēē. qđ exptū est. ¶ Et Aui. dixit. Expi anē inde ipse medicine corrosiua incisiue resolutiue i qb⁹ est superflua exiccatio: sicut sal armoniacū ꝛ accētū. ꝛ sal ꝛ fri catio de flore eris ꝛ dragāto: ꝛ sic de similibus. ¶ Et idē dixit: qꝫ si sumanē origanū ꝛ cortices granatoꝝ ꝛ sal: ꝛ fri ecē cū eis lingua ifantis patiēcis ipsā ranulā sanaē. ¶ Et idē dixit: qꝫ ex eis q̄ expta sunt in ea sunt dragagātū adu stū: ꝛ hermodactili cōmixta cū albumine ouī ꝛ posita sub ligua. ¶ Et medicie ēt q̄ dicēē i alcola valēt q̄ fortes sūt.

¶ Tertia intētio sic ꝙpleē: si p hunc mōz victū curari nō poterit non erit excusatio ab operatiōe manuali. ¶ Guil. de saliceto dixit: capias vncinū ꝛ capias ranulam firmi ter ꝛ cum rasorio incide cā: q̄ remota permittaē aliqd san guinis exire. Quo facto ponatur vitriolum cū quo fit at tramentum vel alumen zuccarinū cum sale ꝛ dimittatur p aliqđ tempus: ꝛ postea abluatur locus cum vino ꝛ aceto mixtis ꝛ actu calidis. hoc. n. exiccat ranulā ꝛ remouet: ƀ facto abluaē locus cū vino decoctionis mirrhe vsqꝫ ad fi nē. ꝛ ista ē opatio manualis. ¶ Et albucasis dixit ꝛ opor tet vt apiaē os infirmi cotra sole. ꝛ sideree ranula si ē ni gra aut fusca ꝛ dura ꝛ sine sensu ꝛ si tagaē: qꝫ tūc ē cance rosa. Si vero nō fuerit talis ꝫ alba ꝛ bñ tractabil' tūc ca piaē cū vncino ꝛ scidaē cū spatumine subtili ꝛ liberēē ab omni parte. ꝛ extrahaē qꝫ si supuenerit sanguis abstergaē cū spōgia. ꝛ si ē necesse ponaē vitriolus. ꝛ dimittaē donec sit restrictus. ꝛ si operatio nō sit cōpleta redeaē ad ipsam vsqꝫ ad eius complementum. deinde colluatur per vnum vel duos dies cū aceto: ꝛ postea cum vino decoctiōis mir rhe colluatur donec fuerit sanata.

Tractatus x. de apostematibus duaꝝ amigdalarum ꝛ faucium.

¶ De aāpate duarum amigdalarum. CA. I.

Amigdale sunt carnes nate in radi ce ligue tēdētes ad supio ra ac si sint due auricule parue carnose ꝛ ner uose: sicut due anguile. Istis nāqꝫ accidit ca tarrus aāpans cas ita ꝛ taliter qꝫ phibeē an helitus. ꝛ qñqꝫ mollificaē vna ꝛ aāpatur ꝛ indiget eo quod constringat eam ꝛ eriecet eā. Verba sunt principis. Opi nor ego qꝫ illa que valent in aāpatibus vuule ƀ valent. ꝛre capitula ista alternatim videantur.

In cura ista habes duas itentiones. ℣ꝛia est i purgatione. Secunda i localibus.

¶ Quātū ad primū de flōia dico vt dixi in cap. de aāpate lingue. ꝛ similiter dico de solutione ventris ꝛ alijs.

¶ Secunda intētio sic ꝙpleē. in principio qñ fuerit facta collutio cū lacte aut gargarismate ꝙfert aāpatibus duaꝝ amigdalaꝝ. ¶ Et qñ ouum crudū deglutiē ꝙfert aāpatib⁹ amigdalaꝝ. ¶ Et Bartho. dixit: qꝫ ꝙfert ad aāpata calida nam ipsum infrigidat ꝛ repellit ꝛ membꝝ sine stipticitate confortat. ¶ Et aqua solatri gargarizata confert. ꝛ semen ros. ꝛ folia eius vtriusqꝫ inest operatio fortis. ¶ Dicrūt aliq antiqui qꝫ tumori amigdalaruꝫ ꝛ tussi ꝛ prefocationi puerorum. confert etiā linitio palati cum melle aut garga rismate factum cum decoctione eius. ꝛ valet in causa frigi da. Et ego dico ēt qꝫ valet in calida i statu. ꝛ post statuꝫ.

¶ In augmento er paritaria fiat gargarisma ad ambas amigdalas: vt dixit Aui. ¶ Et dixit ēt. cedria limē super gutture ꝛ ambas amigdalas in dolore eius. ¶ Et dixit etiam si fabe misceantur cum melle ꝛ farina fenugreci cō feruut aāpatibus gutturis ꝛ duarum amigdalaꝝ. ꝛ intelli ge in emplastro. ¶ Cura declarationis. Dixit Serapio. qñ fit emplastrum cū bulbis assatis sub cinere calido mi xtis cum capitibus pisciculorum paruoꝝ q̄ dicunē stragi resoluunē aāpata. ¶ Ista ēt valent de mente Auicēne que sunt fortis resolutionis sicut ē succus cucumeris asinini ꝛ centaurea. ꝛ nitrum rubeū cū melle aut solū. valet ēt col cotar: ꝛ mel cū sale valet si misceaē. ¶ Si aūt ad sanies deueniret valet decoctio ficuum ꝛ fenugreci ꝛ altee. ꝛ sic ƀ similibus ꝛ in ore teneatur.

¶ De apostematibus faucium. CA. II.

Ad fauces descendūt humiditates a capite quare contigit illa loca apostemari. ꝛ notum est. ¶ Signa apostematis patebunt tibi ex dictis in alijs capitulis dicendis.

In ista cura habes duas intēciones. ℣ꝛima est i vita ꝛ purgatione. Scēa est in localibus.

¶ Quantū ad primam intentionez. fiat flōia de manu cō traria: de lingua si opus erit communiter. fiat purgatio secundum necessitatem materie. ꝛ in ser rebus non natu ralibus honeste se habeat secundum necessitatem apo stematis.

¶ Secunda intentio completur hoc modo. ¶ In princi pio dicūt aliqui er succo papaueris nigri silueſtris coria ndri ꝛ aqua fit gargarisma. ꝛ diascorides dixit de succo papaueris nigri silueſtris: qđ miro mō valet in tumori b⁹ fauciū. ¶ Serapio dixit. qñ fit emplin cum psilio ꝛ aq̄ ro. ꝛ aceto ꝛ aq̄ ꝙfert aāpatib⁹ fauciū i augmēto. ¶ Dixit Serapio. succ⁹ moroꝝ qñ miscē paꝝ mellis ē bon⁹ ad p hibēdū flux⁹ hūoꝝ ad mēbra: ꝛ vulceribus fraudulētis ꝛ apostēatib⁹ calidis q̄ fiūt i faucib⁹. ¶ Et Bartholome⁹ dixit. Grana staphisagrie cocta cū aceto reuma stringūt

ꝛ tumorem ſpargunt. ℭ In ſtatu ꝛ declinatione iſta valent. Diaſcorides dixit. Succus ſinapis cum melle mirꝫ tumorem fauciũ mitigat. ℭ Et ꝑm ipſum etiã confert liitio facta cum licio diſſoluto in aqua mellis. ℭ Et dixit etiam ſi fauces inunxeris cum cedria tumorẽ tollit. ℭ Et ſcrapio idem dicit, ꝛ dixit ẽt: pix humida tumorem fauciũ ſedat. ℭ Dixit ẽt. mel cum ſale mixtum ꝛ linitum fauciũ ſordes ſanat. ℭ Adducãt ẽt hic: q̃ dicẽt in capi. ð apatib⁹ oris. ꝛ q̃ dicta ſunt i capitulo de apoſtematib⁹ amigdalaꝝ. ℭ Si ad ſanitatem deueniret vide quid dictum eſt in aliis capi. predictis. ꝛ idem fac.

Tractatus xi. de apatib⁹ vuule ꝛ dolore eius.

ℭ De apatib⁹ vuule. CA. I.

ALcidit apa in vuula vel vua: qð idẽ ẽ: ꝓp mãm deſcendentem per collatorium ad locũ illum: qꝛ illic cauſatur apoſtema quod aliquotiens eſt calidum vel frigidum ꝑm deſcenſum materie.

In hac cura habes duas intentiones. Prima eſt in purgatione ꝛ dieta. Secunda eſt in localibus.

ℭ Pria itentiõ ꝙpleꝫ ꝑ hũc mõꝫ. Prio fiat flõmia ð manu. Secundo de ligua ſi opus erit. Tertio purgeꝫ caput ſecundum neceſſitatem ipſius materie peccantis. Dicta ſit ꝑm neceſſitatem humorum etiam peccantium.

ℭ Secũda itentio cõpleꝫ ꝑ hunc mõꝫ. In principio ꝙuenit gargariſmus factus de decoctione primoꝝ ꝛ ramoꝝ eius ꝛ ꝙfert tumori vuule: ꝛ coquaꝫ foliũ eius i vino ꝛ fiat gargariſmus ꝛ abſcidit fluxũ humoꝝ currentium ad vuulã: ꝛ ſuccus primoꝝ agreſtiũ qñ matureñ ꝛ exicẽtur facit ð. ℭ Auic. dixit acetum minorat vuã ꝛ abſcidit gargariſma ex eo factum: fluxũ humoꝝ ad guttur ꝛ ſanat vuulam que cecidit: ꝛ ad idẽ valet lac. ꝛ dixit. qꝫ de iſtis medicis ſunt alumen ꝛ galle ꝛ balauſtie ꝛ ambo granata decocta vſqꝫ ad diſſolutionez. ꝛ dicit qꝫ ſinciput radatur ꝛ balneeꝫ: vel liniaꝫ locus iſte cũ ſucco acacie. ꝛ ð in principio. ℭ Gal. dixit in ſeptio. Dia in quorum folijs vel germinibus inuenit aliqua ſtipticitas manifeſta cum coquunt̃ gargarizando fiunt iuuatiua phlegmonũ q̃ ſunt ſecũdũ vuulã ꝛ paraſci mã. ꝛ eſt locus i gutture q eſt iter duas vias. ℭ In augmento ꝙueniunt iſta: ſi ex ſucco foliorum ebuli fit gargariſma cum eo ꝙfert ſquantie ꝛ vuule in augmento. ℭ Gargariſma ẽt factum cum aceto decoctionis lapacij: qꝛ radicis eius vuule tumorem compeſcit. ℭ Diaſ. dicit. pix humida vuule intincta cũ penna ſibi medeꝫ. ℭ In ſtatu ꝛ declinatione dixit Diaſ. ſuccus origani viridis gargarizat⁹ tumoreꝫ fauciũ tollit ꝛ vuule. ꝛ vulnera oris curat. ℭ Scrapio dicit. qñ fit gargariſma ex ſucco foliorum vrtice curatur apa vuule. ꝛ Diaſ. dicit tumores. Et dicit etiam. aſſa in apatibus vuule facit qð facit peonia i epilepſia. ꝛ cõfert aſperitati gutturis antiquc. ꝛ quando diſſoluit cũ aq̃ ꝛ bibitur poſtq̃ fuerit colata curat rauedinem vocis q̃ fit ſubito: ꝛ quando diſſoluit cum aqua ꝛ miſceꝫ melli ꝛ liniꝫ ide apoſtema vuule itrinſecus reſoluit ipſius. ℭ Auic. dicit. aloes eſt conueniens adultioni ꝛ inflationi facte i vuula. dicit ẽt. aſſa efficit opationẽ fenugreci in apatib⁹ vuule. ℭ Et dixit ẽt. capita piſciu ſalitorum cõferunt vuule apoſtemoſe. ꝛ dicit etiam. ſi cum flore eris tangit palatũ cum melle ꝑp apata gule ꝛ vuule. ℭ Dixit ẽt. quando ſal miſceꝫ cum melle ꝙfert apatibus vuule ꝛ duarum amigdalaꝝ ꝛ ad curſum humiditatis ad gingiuas. ꝛ Bartho. dicit qꝫ gargarizeꝫ ꝛ diſſoluaꝫ in aqua. ℭ Et dixit ẽt ex rebus: q̃ faciunt ſuã ꝓprietatem in apatibus ꝓfocationum ꝛ vuule ꝛ ambarum amigdalaꝝ ꝛ oium membroꝝ guttu-ris. Iuuamentũ maximum eſt vt ſumanꝫ fila ꝛ propric ri cta cũ ſanguine vipe. ꝛ ꝓfoceꝫ cũ eis vipa: vcide circundeꝫ eis collũ eius q hꝫ aliqd horum apatũ. illud. n. ꝙfert iuuamẽtũ mirabile bonum. ℭ Fidelis dicit: cinis radicũ aneti vuulã iflatã eleuat ꝛ exicat. ℭ Cũ ãt ꝑp hũiditatẽ ſuperfluã vuula ẽ augmẽtata cũ alumine diſſoluto i aqua fiat gargarimus: aut cũ ipſo ꝛ melle fiat linitio. ℭ Sed ſi contigat ipſa apata non poſſe reſolui: ſed amplius tumeſcit ꝛ dolor multiplicaꝫ: perueniendum eſt ad gradum maturationis ſicut apozima dactiloꝝ ficuum ꝛ vuarum paſſaruꝫ ꝛ radicum lilij. ꝛ ro. ꝛ qñ permiſceꝫ eis aliqd de confortãtibus ipſum mẽbꝝ ne cadat putrefactio in integrum ipſius ꝛ deſtruatur ipm membꝝ verbi gratia. ſicut eſt balauſtia mirra ciperus ro. ꝛ ſimilia. ꝛ quodcunqꝫ horꝝ videbiꝫ magis oportere ponaꝫ. ꝛ poſtq̃ fuit maturatum aperiaꝫ ꝛ mundificetur ꝛ conſolidetur.

ℭ De dolore vuule. CA. II.

ALcidit dolor i vuula ſicut ꝛ i alijs locis ꝛ aliqñ accidit ſine apate. ꝛ aliqñ cũ apate. ℭ Ebiranus dicit de ð qꝫ roſtrum picbi geſtatũ ad collũ oẽm dolorẽ dẽtiũ aufert ſignantie ꝛ vuule. ꝛ dicit ẽt qꝫ rota terreſtris teſtudo combuſta ꝛ cũ melle illinita dolorẽ vuule ſanat. ℭ Fidelis dicit: radix caulis cuulſa q̃ poſtea nõ tetigit terrã ſuſpẽſa in collo patiẽtis ceteros morbos vuule tollit. ℭ Aui. dicit ſpina arabi ꝑm oẽm modum adminiſtrationis cõfert dolori vuule. ℭ Gal. dicit qꝫ ſpina alba eandem virtutem hꝫ: vt aromatica. ℭ Iſaac dicit. ſuccus moroꝝ ꝛ maxime coctoꝝ cum faba ꝛ modico ſuccaro ad gutturis vel fauciũ dolorẽ multum ꝙfert. ℭ Idẽ dicit de ſucco ſpinachie: cum dolor eſt a colera vel a ſanguine: non dubito ego. qꝫ quecunqꝫ valent dolori oris ꝛ gingiuaꝝ ꝛ linguc. valent etiam hic.

Tractatus duodecimus de apatibus oris.

ℭ De apate calido oris. CA. I.

APoſtemata accidunt ori ſicut ꝛ alijs partib⁹ eius ꝛ ð põt cẽ ꝑp mãm deſcendẽtẽ a capite ad locum illum vel a meri deſcendentem ꝑp fumos eleuatos a corpore qui ad os terminantur ꝛ illic congregantur ꝛ faciunt apoſtema: aut per viaꝫ paulatine congregationis iſta apata ꝛ alia fieri poſſunt.

In cura iſta duas habes intentiones. Prima eſt in cauſa antecedente quia in purgatione. Secunda eſt in localibus.

ℭ Pria itentio ꝙpleꝫ nec plus nec per minus. ſicut dictum eſt in capitulis immediate ſupra dictis.

ℭ Secũda itentio cõpleꝫ cũ localib⁹. i principio ꝙpetit mora acetoſa ꝛ ꝓhibet apãta oris ꝛ gutturis: vt dixit Alchi.

ℭ Diaſ. rubus tumori oris competit maxime ſi cũ aceto folia eius maſticata fuerint. Conferũt ẽt in principio iſtis tumoribus folia alchanne maſticata. ℭ In augmẽto cõfert foliuꝫ cipſſi maſticatũ. tumoreñ. n. oris ꝙpeſcit. ℭ Et ẽt abſinthiũ ꝛ roſa maſticata. ꝓhibẽt mãm ad locũ deuenire ꝛ exiccant aliqualiꝫ. lac. n. ꝙuenit flegmoñ oris ſicut alibi ſcriptũ ẽ: ꝛ ſupra etiam. ℭ Diaſ. dixit. arefactiua folia prune ꝙſtrictiue virtutis ſunt adhibita flegmonibus oris valẽt. ꝛ ſi ẽt cum vino decoquãtur ꝛ fiat gargariſma valet. ℭ Cõfert ꝛ butirum linitũ: ſicut dictuꝫ ẽ i capi. de apate gingiuaꝝ. i ſtatu et declinatione dico ergo iſta valere. ℭ Et dicit ſcrapio: aloes ꝙfert apatibus fauciũ ꝛ radicis ligue et gigiuaꝝ et aliaꝝ partiũ oris. Conſtã. dicit qꝫ oĩb⁹ apatibus oris et in qualibet parte iuuat.

ℭ Scrapio dixit qꝫ abſinthiũ miſcetur cum melle ſale nitro. et linitur cum eo palatũ et confert apatibus oris.

De puſtulis oris. CA. II.

PUſtule fiunt i partibus oris. et fiunt ꝑp ſtationem caliditatis i partibus ſtomaci et capitis: et quandoqꝫ fiunt i febribus et quandoqꝫ appent iſte puſtule nigre i morbis acutis: iſti moriunt̃ i ſequenti die.

In cura iſta hẽs duas itẽcões. Pria ẽ mãz afice dẽtẽ purgaꝛ. Scõa ẽ quictã remouere. ℭ Prima itentio ꝙpleꝫ. nec plus nec minus: ſicut dictũ eſt i alijs apatibus ꝑticularib⁹ oris. In vita ſe bene habeat ꝑm neceſſitatem materie: et honeſte viuat.

¶ Secunda intentio complet cum medicinis frigidis in principio acetose ⁊ stipticis. ¶ Mesue dixit: Rob de ribes ⁊ rob de moris silvestribus valet. Dixit et aqua decoctionis mirti ⁊ sumach valet ⁊ lentes excorticate cū aceto ⁊ extremitates vitis ⁊ rubi valet. Item aqua granator⁹ acetosorum spodium ⁊ galla ⁊ ro. ⁊ acacia ⁊ coriandū humidū ⁊ menithe ⁊ alchanna valent. ¶ Auic. dixit: succus lactuce solatri virge pastoris portulace: extremitates vitis valet. Et subdit: plurimorum quidem infantium sananť cuz zuccaro tabarzet ⁊ camphor⁹. ¶ Serapio dixit: lignū granati decoctum cum vino facta solutione oris valet. ¶ Maliabas dixit: qñ masticāť folia rubi stringit gingiuā ⁊ sanat alcolā. ⁊ similr fructus eius maturus ⁊ ē mora. ¶ Et ego dico q⁹ succus vue acerbe ꝓfortat ola mēbra oris: ⁊ ipse si coagulatus valz alcole ⁊ ipe coagulat⁹ ⁊ dissolutus cū aliquo rob stiptico valet etiā alcole. ¶ Lōstāti. etiā dixit: acatia valet berisipille ⁊ igni sacro ⁊ ad pustulas oris. Et dixit ēt: succus quinquineruic valet ꝺ̄ pustulas oris. ¶ In augmento valent illa que criccāt de mente Auic. si cut galle antere tamarindi ⁊ duo sandali dragagantum lentes lutum armenum ⁊ cortices glandium ⁊ climia i statu ⁊ declinatione. ¶ Alchi. dicit. alumen de pluma: ⁊ est idem-quod iamenum vel scissum quādo miscetur cuz aceto ⁊ melle: ⁊ tenctur in ore tenet dentes motos ne cadant ⁊ valet vesicis ⁊ pustulis oris ⁊ palati. Et dicit q⁹ regula furni vsta mixta cum aceto valet pustulis oris. ¶ Maliabas dicit. folia nucis masticata prosunt pustulis que sunt in ore: etiam si sint vlcerate valent. ¶ Quando foliuz buglose comburitur confert fluxibilitati dentium ⁊ gingiuarum ⁊ alcole: ⁊ proprie quando accidit in ore yeorum ⁊ omnibus caliditatibus que fiunt in ore. ⁊ Auic. dicit idē potest ipsa buglossa non combusta: licet deterius sit ⁊ operatur debilius. ¶ Auic. dicit. celidonia ⁊ cortices nucis muscate ⁊ ciperum ⁊ crocus ⁊ nux cipressi ⁊ buglosa ⁊ piretrum ⁊ gariofilus ⁊ mentastrū ⁊ galla conuenit. ⁊ Serapio dicit. omnes species galle conueniunt. Si humiditas esset nimis magna ⁊ nimis abundaret ⁊ caliditas cēt supflua linitio facta cum sauic ordei mixto cum costo ⁊ sale ⁊ melle valet. ⁊ Auice. dicit q⁹ lucio tangatur palatum ⁊ valet. ¶ Et si hec passio accidat pueris ⁊ credis q⁹ sit lac tunc altera nutricem ad ꝓtrariū accipe vt lac infrigidetur.

¶ De dolore oris. CA. III.

Consequens sermo ē ꝺ̄ doloꝛ ei⁹ ꝑtib⁹ ei⁹. Dias. dixit. folia olcastri doloꝛē oris masticata cōpescūt. ¶ Serapio. dicit. succus rubi maturi pfecta maturatōe curat doloꝛē oris. ¶ Dixit itez q⁹ amigdale dulces comedāť: ꝓferūt doloꝛi oris. ¶ Et dixit etiam: collutio oris cuz aceto calido curat doꝛem oris. ¶ Apulcius dixit: collutio facta cum aceto decoctionis staphisagrie: omnem doloꝛem oris⁹ putredinē⁹ curat. ¶ Ysaac dixit rapozima radicum ⁊ seminis sparagi oꝛe loto doloꝛem amputat. ¶ Alchi. dixit q⁹ betonica valet doloꝛi oris ⁊ squinantie. ¶ Illud ēt quod dictuz est de doloꝛe linguc supius auctoritate Mesue valet etiaz hic in doloꝛe oris.

Tractatus decimus tertius. de apostematibus colli siue gulle.

¶ De apostemate colli siue gulle. CA. I.

Apostemata colli siue gule sunt duplicia: q̄daz sunt in membris etrinsecis continentibus: ⁊ quedam in intrinsecis contentis. Prima assumunt nomen generis: ⁊ prima vocantur simpliciter apostemata vt bocium: glandule aut pustule: que curantur vt alia. Secunda vero nomen habent proprium quia squinantia vocatur: ⁊ proprium modū hñt curādi. ¶ De squinantia dico primo q⁹ est apostema gutturis ⁊ pcium oris: viam aeris ⁊ cibi impediēs. cuius species secūdum Galie. assignanť quattuor: ⁊ sm alios tres. ⁊ hoc in libro interioꝛ. ¶ Pria species est qñ est in lacertis intrinsecis ipsius mēbri apa ⁊ tunc nō apparet sensu: sed manifestať p maiorem offensionem trāsglutienis ⁊ anhelitus. ¶ Secūda species ē qñ apostema ē in lacertis intrinsecis versus spondiles: ita q⁹ apostema apparet solū intus versus fauces ⁊ amigdalas qñ cōprimiť lingua. ¶ Tertia species est qñ apparet tumoꝛ in muculis: extrinsecis. ¶ Quartam speciē ponit Gal. in libro iteriozum: quā vocat strumosam: que fit pp dislocationem primi ⁊ secundi spondilis colli. ¶ Alij dicūt q⁹ quattuoꝛ sunt spes squantie. ¶ Prima est que nō apparet intus neqz extra in guture ⁊ est cum doloꝛe maximo. Hec aūt species in secundo in tertio vel i quarto die interimit. ¶ Secunda species ē qñ apparet intus ⁊ non extra: ⁊ ista est minus mortifera qz prima. ¶ Tertia species est que apparet intus ⁊ extra: ⁊ est diuturnioꝛ alijs. ¶ Quarta spes ē q̄ apparet solū extra: ⁊ ista ē turioꝛ alijs.

Secundo nota principlr q⁹ illud apa vt plurimū est ꝺ̄ mā sanguinea: cuius signū est plenitudo venarum ⁊ ruboꝛ faciei ⁊ pulsus magnus. ¶ Aliquādo pōt causari a colera: cuius signum est citrinus coloꝛ faciei. ¶ Aliquando pōt causari a flegmate. cuius signū est albedo faciei ⁊ multitudo salive. ¶ Et aliqñ fit ex melancolia et raro: signū cuius est fuscedo faciei et oris et alia signa sanguinis colere flegmatis et melācolie sunt supius posita: quare cōsidera. ¶ Et cā quare fit raro ex flegmate et melancolia: est q⁹ isti humoꝛes nō hñt istā virtutem penetratiuā quam hz sanguis et colera. Lōueniunt aūt oēs species q̄ quandā difficultatem opanť se cundū transglutionem et respirationem.

Signa squinantie sunt ista: isti cogunť stare recte ⁊ linguam extrahere. ⁊ potus sepissime ascēdit ad nares. ⁊ Auic. dicit q⁹ habent oculoꝛum egressionē ⁊ lingue difficultatem: ⁊ habent locutionem cum narib⁹. ¶ Signa mala ⁊ timoꝛosa ipsius sunt visnia fortis ⁊ trāsglutiendi magna difficultas: et extrahunt linguam et spumam emittunt sicut eq fatigati: coloꝛ est malus i lingua oculis et i labijs: ac etiam extremitates frigidas et sudoꝛem frigidum habent: et cordis defectum habent. ¶ Signa bona sunt quies: somnus tranglitas alienatio doloꝛ anelitus ⁊ trāsglutionis nō difficultas: et maloꝛ signoꝛ priuatio. ¶ Et nota q⁹ vt dicit. squantia pōt terminari altero triū modoꝛ. ¶ Prio per resolutionem insensibilē: qz materia ē pauca ⁊ subtilis. Aliqñ facta flōia vniuersali ⁊ particulari ⁊ gargarismate curať patiēs a tali mā: q⁹ cuacuata tali mā virtus resoluit illud qđ remansit. ¶ Scdo mō terminať per ꝓuersionem eius i sanē. sicut qñ apostema maturať: ⁊ sic nunqz pōt termiari i quattuoꝛ dies vel infra. ⁊ hoc qñ materia est grossa ⁊ multa. ¶ Tertio mō terminanť p trāsmutationē materie ad aliquem locuz vt ad stomachum ⁊ pulmonē. Et signū est nausea. vomitus. et doloꝛ stomachi. Si ad pectus signum ē tussis. tremoꝛ cordis. quia materia ad coꝛ fuit delegata. Unde ypo. i quinta affoꝛis. dicit. Quibuscunqz squinantia ad pulmonem conuertitur: i septem diebus moriuntur: Si vero has effugerint: empici fiunt.

Curatio huius apatis ꝓsistit in quattuoꝛ. Primo i vita. Secūdo i mā antecedēte. Tertio in coniuncta. Quarto i accidentibus.

¶ Prima intentio ꝓpleť p hūc mōz scōm q⁹ vltra dictam cōem dictum supius i alijs apatibus. sm q⁹ Mesue vult sint ꝓtenti i principio cū idromelle ⁊ aqua zuccari deinde p cedat ad aquam lētium excorticatoꝛ ⁊ ordei. extinguūt. n. sitim ⁊ acuitatem ⁊ inflāmationē. Deinde deueniendū est ad ius cicer cū aqua ordei: deide ad sorbitiones farine farum ⁊ orimelle ⁊ colatura furfuruz cum melle. ⁊ post ꝺ̄ veniat ad vitellos ouoꝛ ⁊ similia: ⁊ nullo mō repleat se: et venter coꝛum semp sit laxus: somnus coꝛ semp sitimēsuratus. nā i multitudine somni timeť subita suffocatio: q̄re oportet vt pax dormiat: et sepe excitetur.

℄ Secunda intentio completur per euacuationem ⁊ diuersionem cū floboromia ⁊ medicinis solutiuis secundus materiā peccātem ⁊ cum clisteribꝫ acutis ⁊ fortibus fricationibus factis festinanter: hoc est qꝛ egritudo pp membri operationem non dat inducias. Fiat ergo primo ligatio ⁊ fricatio extremitatum ⁊ statim clistere: ⁊ postea in cōtinēti fiat flebotomia de saphena. deinum eadē die vel secunda sub lingua si virtus toleraverit. Secundū ℳesue possumus facere de brachio: ⁊ cōsidera cām ⁊ videbis qꝛ verꝫ est. Cōmuniter detur diapruni: diacatholicon, acutis. cum electuario succi ro. Si aūt colera esset cū sanguine: primo fiat purgatio colere: deinde fiat flobotomia.

℄ Tertia intentio complekē cū localibus: in principio cōperit aqua rosata cum aceto: ⁊ aqua infusionis sumach: ⁊ aqua coriandri humidi ⁊ sumach. Et exeis etiā est aqua granatorum acetosoꝝ ⁊ dulciū tritoꝝ cuꝫ tota substantia. ⁊ succus solatri cuꝫ sirupo roſ. ē mirabilis: ⁊ similiter succus citoniorum ⁊ sorbarum valent. succus mori secundus Aui. gargarizatus valet squinantie. ℄ Et Serapio dixit: quando fit gargarisma cum aceto calido: abscindit cursum superfluitatum venientium ad guttur: ⁊ confert squinātie ⁊ casui vulue. ℄ Jtez valet hoc. ℞. sirupi de papa. diamoron aā. ʒ. i. aque rosate. ʒ. ij. misceantur ⁊ fiat gargarismus: ⁊ actu frigidum applicek. ℄ In augmento ꝙuenit damoron: in quo virtus croci ⁊ mirre ponatur: ⁊ cum ꝑdictis administrenk balaustie ⁊ galle ⁊ semen rosarū ⁊ alumen ⁊ tunc conuenīūt in augmento. ℄ ℳesue dixit: agreste succus cū predictis liquoribus est unamentum sublime. ℄ Ad idem valet succus sumach circa locum: qꝛ ad extra precipit Aui. in principio apponere lanam succidā. ⁊ apponere in oleo oliue: ⁊ in augmēto apponaē cuꝫ oleo camomellino ⁊ oleo oliue ⁊ alijs similibus. ℄ Cassia fistula dissoluta ⁊ gargarizata cum aqua solatri vel coriandri ⁊ mucillagine psilij squinantie valet. ℄ Alchi. dixit absinthium gargarizatum cum aceto valet squinātie. ℄ Decoctio ficuum cū cortice granati valet. ℄ Et lac qō sumtē ex semine papaueris cum aqua rosata valet. ℄ Et ex eis ē succus solatri depuratus bibitus mane ⁊ sero secundum mēsuram duarū testaꝝ ouī. ℄ Similiter valet mucillago psilij cum coriandro ⁊ grano vno ⁊ dimidio camphore. Et ista nunc dicta plus valent in principio. ℄ Ad idē. ℞. ligritie uuarum passaꝝ mundataꝝ ab arillis aā. 4. 5. carica rū pinguū. ʒ. i. seminis psilij citoniorum seminis papaueris albi. aā. ʒ. 5. ordei mūdi. 4. 5. mellis. ʒ. ij. ⁊ fiat decoctio ⁊ clarificata fiat gargarisma. ℄ In statu autē competunt que resolutiua sunt cum aliqua stipticitate. ⁊ iō valet mel rosatum cum aqua solatri vel endiuie vel lactuce. ℄ ℙulpa etiā cassie fistule cum melle gargarizata cū aq̄ solatri aut cū rob mori valet. ℄ Et lac est ex eis que cōferunt in hac hora: lenit enim ⁊ dolorē sedat: ⁊ ꝓprie capre ⁊ asine ⁊ proprie calidū. ⁊ quādo administrat cū cassia fistula qꝛ cum medulla eius ꝙfert gargarizata ⁊ bibita ⁊ ꝓprie cum zuccaro ⁊ croco. ℄ Et coagulatio vne cum croco ⁊ mirra ꝓprie valz. ℄ Et rob mororum cum eis. ſ. croco ⁊ mirra valet. ℄ Decoctio ficuum fenugreci ⁊ dactilorum ⁊ crocū cū eo quod est sicut mirrha valet. ℄ Et similiter lac caprinū cum stercore canis albi ⁊ melle: aut cum aqua mellis ⁊ modico sinapis valet. ℄ Valet sirupus acetosus cum radice rafani vel succo eius. ℄ Cura declinationis ē ista. cōueniūt ista sm ℳesue. ſ. lac mori baurach mirra ⁊ crocus piretrum sinapis assa fetida rafanus stercus canis albi ⁊ ꝓprie qui comedit ossa ⁊ stercus infantis q̄ comedit lupinos ⁊ stercus hirundinum cōbustum ⁊ similia: ⁊ ex istis diuersi doctores diuersa dixerunt. ℄ Alchin. dixit sic. radix rafani siluestris in aceto decocta ⁊ gargarizata apit squinantiā. Dixit ēt. sinapis valet apostematibus ⁊ inflāmationibus que fiunt in gula. ⁊ itelligitur qꝛ ex ea trita ⁊ mirra cum vino fiat gargarismus. ⁊ dicit sal armoniacū valet squinantie quando sufflat ventus. Jtē dicit qꝛ si porciliões cū melle ⁊ pane ponāt in ore valēt. ⁊ Bartholomeus dixit qꝛ illi vermes: possūt pulueriżari ⁊ gargarizari ⁊ ꝙfert. ℄ Dixit diascorides radix rafani i aceto ⁊ melle cocta si gargarizek squinaticos curat. ⁊ elixa cū melle idem facit. ⁊ multi veteres etiam dicunt qꝛ squinantiam resoluit semen rafani ⁊ coxer ⁊ folia quando coquūtur cum squingibin. ⁊ ex eo calido fiat gargarisma. ⁊ dixit ēt. Diascorides pip squinanticis prodest. maxime melli immissum. ⁊ Bartholomeus dixit qꝛ mel sit dispumatum ⁊ gargarizatū quia multum resoluit mām: ⁊ ego dico qꝛ gargarismus factus cū melle valet squinātie. ℄ Serapio dixit. quando isopus sicca fuerit cum decoctione ficuum est bonum squantie. ⁊ diascorides dixit de solo isopo gargarizata. ℄ Dixit etiā Serapio: quando ficus coqtur in aqua ⁊ melle ⁊ fit cum decoctione illa gargarisma confert apostematibus valde gutturis ⁊ amigdalaꝝ ⁊ squantie ⁊ est medicina utilis valde. ℄ Dixit etiā qñ fit linimentum cum pice ligda ⁊ melle confert apostematibus q̄ fiunt in canna pulmonis ⁊ meri. ⁊ Bartholomeus dixit qꝛ confert omni apostemati cōsimili intra linitum ⁊ exterius emplastratum. ℄ Dixit. bdelium dissoluit apostemata que sunt facta in canna pulmonis dissolutū cum saliua hominis iciuni mirifice dissoluit. ⁊ Auic. dixit qꝛ linitur palatum. ⁊ dixit etiam Serapio. fel testudinis cōfert ꝛē. Dixit etiam. porciliones cum melle triti ⁊ illūnin conferunt squinantie. ℄ Ebiranus dixit terra nidi hirundinū cum aqua soluta ⁊ colata ⁊ emplastrata collo ⁊ faucibus tumores ⁊ squinantiam perfecte sanat. ⁊ Bartholomeus dixit qꝛ potest dissolui cum oleo ro. ⁊ Auic. dixit qꝛ cinis hirundinum si cum ipso tangaē palatum confert. ⁊ serapio hec dicit. ⁊ galienus in. xi°. dicit multi faciunt cinerem ex hirundinibus combustis ⁊ miscent cinerez istum cum melle ⁊ liniunt squinantiaz. ⁊ dixit Galie. ⁊ Serapio. qñ saliuntur ⁊ deficcantur: ⁊ fit puluis inde ⁊ accipitur ex eo. ʒ. i. ⁊ Aui. dixit aurum vnum: ⁊ in potu detur cum aqua confert squinantie ⁊ apostemati gutturis ⁊ vulue: ⁊ similiter facit cinis pullorum quando aduruntē scilicet hirundines. ℄ Diascorides hirundinis conditum in hoc casu valet quod est. ℞. cineris hirundinum croci. nardi. mirrhe. aā. ʒ. i. confice cum melle ⁊ fiat conditum. ⁊ Gal. hoc sentit ⁊ valet squinantie. ℄ Galienus ⁊ Auic. ⁊ Serapio. dicunt. si quoqz stercus infantis sumatur q̄ p tres dies panem mediocriter salitum comederit: ⁊ fermentatum ⁊ lupinos dulcoratos aut carnes gallinarum elixataꝝ ⁊ vinū vetus biberit ex omnibus istis in moderata quantitate ⁊ fit vsus ita qꝛ bene digeratur secundum galienum in decimo ericcetur consequenter illud stercus ⁊ misceatur cum melle siluestri secundum Gal. ⁊ liniatur cum eo guttur ⁊ palatum aut soluz cum digito apꝛiorimetur palato. ⁊ dixit Auic. aut detur in potu secundum Serapionem confert squinantie magno ⁊ mirabili modo ita qꝛ a floboromia excusat vt dicūt. ⁊ Dias. dixit absolute de stercore humano cū melle mixto ⁊ hoc ꝛpū ē ⁊ verissimū ō stercore infantis cum melle communi ꝓmixto. ⁊ Rasis dixit qꝛ illud stercus sit tritum ⁊ cribellatum ⁊ amasatum cum melle: ⁊ impositus in gula: ⁊ simile valet vt dixit Guil. de va. si in gula insuffletur. ℄ Idem etiam opatur stercus canis applicatum palato. dico canis ossa comedentis. Galienus tamen in decimo dicit qꝛ debet misceri cuꝫ alijs medicinis ⁊ dicit qꝛ de ℔ habuit ℥ plurima experimenta. ⁊ Rasis dixit quod illud stercus sit siccum ⁊ collectus ⁊ ō mense iulij. ⁊ misceatur etiam illud cum decoctione gallarum: aut cum vino granatorum. ⁊ Serapio dixit qꝛ illud colligaē qñ canicula ascēdit. Aui. dixit qꝛ hoc stercus ponek ad palatū cum digito ad squātiā. Halias dixit qꝛ ꝙfert squātie q̄ ē ex humiditate si terat diligēter ⁊ insufflek gutturi si etiā cataplasmek cū melle de foris. Ebiranus dicit qꝛ cū melle inūctū gutturi ⁊ corpi squāticos ꝓfecte sanat. Fidelis dicit. qꝛ si hoc stercus canis misceaē cū stercore bouis ⁊ felle tauri ⁊ emplastraē multū valet. Bartholomeus dixit: qꝛ solum mixtū cū felle valz: nō solū i squi-

nantia: sed ēt in alijs aptibus ꝓp suā ericeationez. ℭ Et Auic. scribit auctoritate galieni mirabile valde: q ē qꝫ acci pianē fila plurima q ꝓprie tincta ex sanguine murū q cū eis vipera stanguletur q postea inuoluaē vnum eorum in curcuitu colli patientis fiet per ipsum inuamentum magnum q mirabile. ℭ Et Guil. de va. dicit etiam hoc valere. ℞. casiam. fistulam dissolutā in succo coriandri: humidi: q totum hoc misceatur cū mucillagine psilij q fiat gargarisma. ℭ Emplastrum quod debet applicari ad extra gule. ℞. mellis stercoris canis comedētis ossa. cineris ossi dei omnium. aā. coclear vnum q fiat emplastrum. ℭ Aliud q est emplastrum Salic. ℞. merdaleugi. ʒ. i. proijciatur super ipsum ex oleo sisamino: q oleo violato quousqꝫ coaguletur. postea. ℞. mucillaginis seminis altee q se. almoni. aā. ʒ. ova tria. gummi amigdalarum vnciam medi am: q infundantur in aqua coriandri die ac nocte: q proijciatur camomilla q melilotum. aā. ʒ. ij. violarum siccarum farine ordei amborum. aā. ʒ. iij. agitentur omnia q percutiantur percussione bona donec fiat corpus vnum: q ex eo fiat emplastrum q est mirabile. ℭ Aliud ad idem folia porri ꝙtundantur q cum oleo cāomille fiat emplin.

Si accidit modo qꝫ materia non resoluatur: sꝫ ad saniem deueniat. tūc ista que dicentur de mente auctorum valent. ℭ Mesue dixit. ℞. farine ordei seminis lini. aā. ʒ. j. carnium dactilorum ficuum siccarum pinguium. aā. ʒ. j. q. ʒ. mirre panis. aā. quartaz mediam coquantur omnia in rob. q pistētur q fiat emplastrum. Et si inpinguarentur cum modico butiri esset bonum. ℭ Rogerius dixit. ℞. cardi benedicti absinthij. aā. manipulum vnum farine ordei seminis lini: aā. quartam mediam. mellis vncias duas. assungie porci quartam. i. coquantur q pistentur q fiat emplastrum. ℭ Lanfrancus dixit. ℞. nidum yrundinis q bulire istum fac in aqua: postea cum cribro colla q in collatura coquatur radix lilij q maluauisci q brionie: q folia maluarum q paritarie: q pistentur fortiter q incorporentur cum eis fermentum bonum ac farina seminis lini. aā. quantum sufficit: bulianē q in fine addatur olei veteris assungie sine sale modicum q fiat emplaz. Hoc. n. emplastz miraculose dissoluit q maturat omnem squinantiam. q subdit qꝫ cum istis semper fiat gargarismus maturatiuus cum aqua q vino cocto q melle decoctiōis radicis altee ficuū seminis lini fenugreci q similiū. ℭ Guliel. de saliceto dixit. ℞. maluauisci mūdati coeti q incisi frustatim lib. i. farine seminis lini fenugreci. aā. vncias duas: vitellos ouorum coctoꝝ sub prunis cum cortice numero quinqꝫ. butyri vncias tres. incorporentē simul q fiat emplin. Hoc emplastz valet ad extra quando ad exituā deuenit. ℭ Hoc toto cōpleto q maturato rumpatur cū sagitella q mundificata cum mundificatiuo de apio dicto in primo libro. Si aūt esset intus non aparens rumpaē cū vnguibus vel fricādo aliqd si ē possibile: aut etiam cum gargarismis maturatiuis q aperitiuis vt ē decoctio ficuum dactilorum fenugreci addendo fermentū frumenti. q fortius fm Auic. baurac. nitruz pip stercus hirundinem q lupini q semen sinapis. q Rogerius dicit: qꝫ sumaē frustuz carnium bouiarum semicoctarum q ligeē cum filo firmo q longo: q facias qō transgliat: q cum erit in transgluuone trahatur filum: q tunc rūpetur cum violentia. Illud idē dico ego qō pōt fieri cum spongia. ℭ Aperto apostemate mundificetur cum gargarismis: q fiat de vino q melle q alijs similibus.

ℭ De dolore squinantie. CA. II.

A hoc loco quādoqꝫ causaē dolor ex apostemate: q aliquādo sine apostemate. Si cātur cū apostemate: ist valent. q primo si dolor sit fortis fiat gargarismus cū lacte tepido: q illud est laudatū apud oēs. q idem valet sirupus de violis ō papauere mucilago seminis lini psilij: q seminis citoniorū dissoluta cum aliqua aqua stiptica. vt rosaꝝ plantaginis q solatri. q Maliabas laudat ad hoc solatrum cassiafistula cum aqua liquiricie dissolutum. ℭ Si autem esset tanta strictura qꝫ non posset loqui siue transglutire vt melius loquatur: ponaē ventose circūcirca collum vt canales amplieē. q qñ dixit Auic. intromittatur cannula facta de auro q argento q similibus adiuuando ad inspirationem. q aliquando confert in dilatatione deglutionis q banelinus compressio spatularum cum fortitudine. ℭ Si autez non speraē de euasione: tūc dicit Auic. qō aperiatur cana pulmonis supra epiglotim inter duos anulos taliter qꝫ possit banelare q dimittaē sic per tres dies: q nō vltra ex causa quepdicetur donec transierit egritudinis malitia: q postea suatur q incarnetur. q hoc etiam videtur velle Albucasis q auenzoar. dictam operationem in capra vna proba. ℭ Si autem in loco non sit apostema ista valent in dolore gule. Ysaac dixit de succo morborum acerborum: q maxime coeto cum sapa q modico succari quod ad gutturis vel fauciuz vel vulue dolorem multum valet. ℭ Ad idem dixit de succo spinachiorum cuz dolor adest a colera vel a sanguine. ℭ Et Auic. dixit. succus cucurbite est conferens dolori gutturis. ℭ Alchimus dixit. cubebe sunt bone dolori gule ipsam clarificant. ℭ Serapio dixit. piperel la est conferens dolori gutturis. ℭ Auicen. etiam dixit. bdellium est conferens dolori canne pulmonis q apostematibus eius: q tussi antique q dolori lateris. q arabicuz confert apostematibus epiglotis q gutturis quando decoquitur in aqua decoctionis saturegie. q Auic. dixit qō dissoluatur cuz rob. de moris: aut cum decoctione lēticule. ℭ Et Chiramus dixit qꝫ rostrum pici gestatum ad collū oēm dolorem dentium aufert squinantie q vulue.

ℭ De cura squinantie frigide. CA. III.



Cura squinantie frigide ꝙplet cū ūtuor intētionibus: mō dicto in squinātia calā.

ℭ Prima intentio cōpleē sicut victū ē in capitulo de squinantia calā proparte.

ℭ Scōa intentio cōpleē per hūc modū fiat ꝓpurgatio cuz pillulis de iera vel chochijs: q tua semp intersit mensura re medicinam mature in omnibus.

ℭ Tertia intētio cōpleē per hunc modum: fiat gargarismus cum aceto: q aqua rosata: q decoctio etiam morsus diaboli: q ista herba multum valet. ℭ Deinde in augmento cum rob nucum q diamoron confortatum cum eo qō est sicut galla q alumen q acacia: q similia: q cū oximelle: deinde in statu ascēdat sicut ad cinamomum spicā q piretrum q assam: q ista pōt misceri cuz diamoron q gargarizari. ℭ Puluis genestre cū mellle rosato mirrus cum aqua decoctionis anisi q fenugreci q dauci q dosis sit ab. ʒ. ß. vsqꝫ ad. ʒ. i. Verum Dyascorides sic dixit. contusa virga genestre q exiccata. ʒ. i. bibita squinanticos medeē. ℭ Lō fert etiā radix rafani siluestris cocta cum melle q ꝓpinata. ℭ Multa dicta sunt superius in alio capitulo que hic pōt applicari. ℭ Et vide si videris materiā indurari tunc mollificeē cum diaquilone dissoluto cum pinguedine gallinc: aut cum alio dicto in capitulo de sclirosi. ℭ Si autez ad saniez deueniat ponaē ad extra olea q alia necessaria.

ℭ Unguentum maturatiuum. ℞. vnguenti dialtee quartam mediam mucillaginis seminis fenugre. seminis lini. aā. ʒ. ij. medulle cassiefistule butiri recentis sine sale. aā. ʒ. ß. fermenti caricarum aā. ʒ. iij. olī amigdalarum dulcium. ʒ. ij. q fiat emplin: q ponaē suplocum. ℭ Alia maturatiua pōt apponi: q tu perite vide in capitulo primi libri de medicinis maturatiuis q alibi ēt dicde si fuerit opꝰ aperiaē locus q mundificeē q ꝙsolideē mō conuenienti.

ℭ De bocio. CAP. IIII.



Bocium est apa sine crescētia in gula ex mā hūorali in māz malā ꝙersa. ℭ Albucasis dixit qꝫ bocium erat dupler: quoddā nāle: q quoddā nō naturale. Nāle non recipit curam. ℭ Itē bociū

est duplex: quoddā est qđ est intrinsecatū: ⁊ quoddā ē qđ nō est intrinsecatū in venis ⁊ artarijs. Dico mō q̄ bocū qđ non est intrinsecatū neruis ⁊ artarijs ⁊ nō ē naturale recipit curā. Dico ēt q̄ bocū magnū qđ occupat magnas partes: ⁊ amplas: est dimittēdum. ℭ Rainaldus de villa noua dixit: bociaz quocunqz mō extirpeť est verēdū: qñ cum incisione ⁊ corrosione sit: hec tamen passio a multis reputať regionalis ⁊ hereditaria.

In cura ista hēs tres itētōes. ꝑma ē i vita. 2ª. est i mā añte. 3ª est in ꝙiuncta.

ℭ ꝑma intētio ꝙpleť hoc mō: istis subtiliť regimē ⁊ abstinēat ab aqua ab istis rebus frigidis ⁊ indigestibilib⁹ ⁊ sit panis eorum bene coctus ⁊ fermentatus. Caro eorū sit edina ⁊ agni vnius anni ⁊ vinū eorum sit clarus in sub substantia ⁊ aromaticum in odore.

ℭ Secūda itentio ꝙpleť cū solutiuis ⁊ alijs vtať turbit ꝑparato cū zinzibere ⁊ succaro modo dicto in scrophulis eo: quia educit flegma grossum a gula.

ℭ Tertia itentio ꝙpleť: duobus modis. vno mō p icisionē. Alio mō p resolutionē. ℭ ꝑ icisionē curať isto mō vt dixit Rogeri⁹. fiāt due sectiones cū ferro calo: vna fiat ꝑz longū: alia fiat ꝑm trāsuersum ⁊ oi die extraheť aligd ad exteriora donec penitus caro ⁊ mā sit ꝙsumpta. Si tñ aligd remanserit cū puluere affodillor⁹ removeať vel cuz aliquo simili ⁊ postea incarneť. ℭ Et nota q̄ nō est ꝑsumptio vt tu accedas ad cū qñ intrinsecatū est cū ferro ⁊ neruī aut artarie vel vene incidanť: quare in istis fiat vt dēm ē: ga dimittať. Si autē nō sit intrinsecatū: ⁊ ꝑz sit a venis: ⁊ artarijs scindať curis ⁊ discarneť ⁊ ipz cū suo saccio tollať ⁊ extraheť ⁊ cureť: ⁊ si aligd de folliculo remāserit cum puluere affodillor⁹ vel alio mō removeať vel cū putrefactiuis mō dicto: in nodis removeať: ⁊ postea cureť: aut si tibi videať removeať cū corrosiuis: caute tñ vt dem̄ est in caplo de scrophulis ⁊ illo mō extirpeť. ℭ Sedo mō cōpleť 3ª itentio cuz resolutiuis. ⁊ doctores diuersi diuersa dicūt in hoc: ⁊ in hoc hñt ꝓmissiones multas ⁊ effectus paucos. ℭ Rogeri⁹ dixit ⁊ ordinauit clarium tale. Rx. radicū viticelle: radicū cucurbite agrestis ciclaminis: polipodij bruscī: sparagi aristolo. rotun. radicum acori: radicū yari: radicis tassi barbassi: spongie marine. aā. partem vnā adusta spongia ⁊ palea reliq̄ puluerizenť ⁊ ꝙficiantur ad modū electuarij cū melle de quo ꝑcipit aliquātulū ponere sub lingua cū vadit dormitū. De mane añt deť pauz potionis facte cū vino decoctionis radicū melliloti ⁊ tassi barbassi polipodij ⁊ betonice bñce vsine ⁊ i talib⁹ debēt cōtinuare p decē vel p duodecim dies vel plus vt sibi libēt ⁊ vt ēt videbit opationem. Et iubet ēt cuz ꝑdictis lac porce primos fetus lactātis accipe ⁊ exprimi est: ⁊ hoc diureticū est: ⁊ in hoc multū valet purgando p vrinā. ℭ Emplastrum ad hoc. Rx. radicis lapacij rafani cucurbite agrestis stafisagrie coquātur ⁊ sup locū ponanť. ℭ Alia emplastra resolutiua maturatiua. ꝛre supius in ꝓprijs capitulis. ℭ Dimus fecit puluerē de spōgia cōbusta esse scpe sale gemma ⁊ radicū celidonie cipi ciclaminis zinzeberis. bdēgar mueis cipressi pallee marine. aā. ⁊ isti puluores tene anť sub lingua cum vadit dormitū. cum modico aceti vel aqua vel succo. siue liquore: ⁊ hoc sum exprtus ⁊ verū est: sed multū extremuat hominem.

Tractatus quartusdecimus de apatib⁹ faciei.

ℭ De gutta ruōis vel gutta rubea butiga secundum alios. CA. I.

Causať aliquādo apa siue inflatio i tota facie: cui⁹ nomē ē butiga: ⁊ ꝑz vulgares gutta ruonia: ⁊ aliq vocāt guttā rubeam. Est tñ dꝛia iter guttā roseā ⁊ guttaz rubeā: vt ꝑz. ⁊ patebit iferius cū loq̄r de decoratione. ⁊ dꝛia tñ ē ista: ga gutta rubea ē apa: ga tumor magn⁹ i facie vel in pte eius gutta rosea nō est apa: sed ē q̄daz rubor superficialis plen⁹ sepe ⁊ vt i pluribus pustulis. ℭ Hec egritudo fit a mā venenosa ⁊ calida a qua elevaně fumi ⁊ veniūt ad faciē ⁊ inflant eā ⁊ causať in mulieribus sepe ex retētione mēstrui. ⁊ signū q̄ mā sit venenosa est: quia sepe cadūt pili capitis ⁊ barbe: ⁊ excoriatur facies in declinatione: ⁊ aliqñ ita nō est venenosa. ⁊ tunc nō cadūt capilli ⁊ aliquādo ⁊ ꝙñ iem ꝑ excorianě ⁊ cadūt de facie furfures.

Signa huius sunt: ga hec passio incipit accidit ꝓrit⁹ i facie ⁊ in loco in quo icipit causaně eminētie ⁊ postea multiplicaně: ⁊ fit vna inflatio vlis in tota facie: ⁊ inflaně ita oculi q̄ ꝙ si videre nō posset ⁊ multiplicať i tota facie, rubedo ⁊ pruritus ⁊ febris accidit sepe. ⁊ hoc si mā sit calida. ℭ Si āt mā sit flegmatica: ga etiam a mā flegmatica pōt fieri: vt sepe vidi⁹ apparebūt signa dicta: ga nec rubedo nec pruritus apparebūt: sed sola inflatio: ⁊ si fiat impressio cū digito remanebit vestigiū vt in vndimia fit. ℭ Et aliquādo materia ē mixta ⁊ cōsidera mixta signa ⁊ patet.

Cura ista ꝙsistit i tribus itētionib⁹. ꝓria ꝙsistit i vita. 2ª in cā añte. 3ª in communcta.

ℭ ꝑma itentio sic ꝙpleť: vtať mica panis losa ⁊ succo ordei ⁊ farr: ⁊ comedat lactucas ⁊ portulacas cū forti aceto ⁊ cucurbita cū agresta. bibat vinū de granatis vel aqz cū mica panis: ⁊ hoc vsqz ad finē: postea paulatim redeat ad naturā sui: ⁊ bibat vinū limphatū ⁊ pullos comedat si fuerit necesse cum lactucis ⁊ portulacis.

ℭ Secūda itentio ꝙpleť cū flōmia si eras ꝙsenserit vt sem ꝑ presupponiť: vel cū ventosis in sparulis scarificatis: fiat purgatio cū pillulis de fumo terre: ⁊ ꝑiter omni mane vtatur aqua cascicapre: qñ ad illā materiā acutā valet.

ℭ Item syrupus de nenufare cū aqua eius valet ēt clistere cū decoctione communi in qua dissolvať sene epithimi. añ. ʒ. i. tamarindorum mellis. añ. ʒ. ij.

ℭ Tertia intētio ꝙpleť cū localibus. Epithimeť ergo locus cū succo solatri ⁊ oleo ro. ⁊ aceto mixtis ⁊ ꝓcedať vsqz ad finē: laueť facies cum aqua decoctionis rosar⁹ ⁊ camomille. ℭ Item valet oleū violar⁹ cum succo lactuce vt dico ⁊ verum est. Valet ēt oleuz de papauere cum succo endiuie. Dico etiā q̄ valet oleū de nenufare cū succo arnoglosse: ⁊ semp paruz aceti ponať. Dico ēt q̄ succus arācie valet cum oleo ro. vel cum oleis predictis ⁊ parum cere in forma vnguenti: ⁊ hoc exprti sumus. ℭ Iterū vnguētū rosarum ⁊ populeon valet: ⁊ tu ex re ꝙsidera alias compositiones: ⁊ ex re facias vt tibi videť. ℭ Cōtingit ēt aliquādo q̄ fumi q̄ eleuāť a materia flegmatica: quare apa erit flegmaticum ⁊ facies non erit rubea. Dico tunc q̄ pillule de iera ⁊ cochie multū valent. ℭ Qñ ad alia cureť vt curať cacesia: ⁊ dicta in talibus sit tēdens ad caliditatem: ⁊ similiter res locales: ⁊ cura cacesie dñis physicis dimitto ⁊ ad capitulū ꝓprium recurre. ℭ Etiam dico ego q̄ pōt curari vt vndimia: quare vide hoc in primo libro capitulo proprio. Apostemata autem saniosa faciei curantur sicut apostemata dorsi ⁊ nihil habent proprium: quare de his nihil loquar.

Tractatus decimusquintus de apatibus dorsi.

ℭ De apate calido ⁊ frigido sanioso. CA. I.

ℭ Tertia intentio cōpletur hoc mō. In principio vz olin de spica. olcum de aneto: oleum de rutha: oleum laurinū: oleum costinū: oleum nardinū: vt dicunt doctores. ex istis possimus facere emplm. s. ex cimino. rutha: calamento: ⁊ anisō: ⁊ fenugreco: ⁊ cū oleis dictis incorporetur. Et p alijs recurre ad caplm de apatibus ventosis dictis in primo libro. ℭ Guil. de saliceto hoc emplm cōposuit. ℞. cimini. ʒ. j. amcos: amomi: se. feniculi: ciperi: dauci: fari ne bacaz lauri. aā. lib. j. aceti. ʒ. ij. misceaĕ farina bacarū lauri. cū q̄stitate vini cōueniente ad liq̄ditatē ⁊ misceatur acetū cū his ⁊ ponaĕ ad ignē. ⁊ cum bullierit addatur puluis oium aliaz rez. ℭ Et cū inspissata fuerint oīa facta i unctiōe cū aliquo oleo supradicto sup locū ponatur actu calim. ⁊ sic p vsum curabiĕ. ℭ Unguētū Libani de stercore vacce positū in caplo de duricie splenis hic valet.

ℭ Barr. de va. ꝺ emplm cōposuit in mā aquosa. ℞. bdelij. ʒ. ij. bacaz lauri q̄stum ad aggregationē sufficit ꝺ valet ad herniā aquosam ⁊ ventosam. ⁊ ego dico q; si huic addatur semen ameos ⁊ anisi ⁊ fenugreci ⁊ oleum anetinū valebit ⁊ melius ventose. ℭ Cōueniunt Diaſ. Gali. ⁊ auicen. ⁊ Alchi. ⁊ Guiel. de bdelio. Dia. tñ dixit: bdelium ciciliense in creatura intestinali q̄n cum saliua a bouis ieiuni fit emplm vel unguentū ⁊ vult hoc ēt de bdelio indaico. Gal. ⁊ Aui. volūt hoc de vtroq; bdelio. ⁊ dixit sic Galie. Quidā vunĕ eis ⁊ maxime arabici in trochillis. id est in hūbus aquā in oleum. q; in bursa testiculoz ieiuna salua. ⁊ Guiel. de va. dixit. Ego autē experimento inuenio utilissimū. ⁊ Alchi. dixit: q̄ bdelium remollitur cum aceto ⁊ fit emplm. ⁊ ponĕ sup herniā confert multum. ℭ Et Aui. dixit: martialis que dicitur morella confert: facta in cilione huic aquose ⁊ ventose. ego autem non inuenio ab aliquo q; hernia ventosa debeat incidi.

ℭ De hernia carnosa. CA. V.

Hernia carnosa: vt dicit Gal. in de tumoribus preter nām vē esse tumoz carnis nate in ita ipsos testiculos ⁊ hernia venalis vel varicalis vē eē vel varicaz preter nām in eis: id est iuxta testiculos origo.

Cause sunt humoz grossoz ad locū currentiū abundantia. ē ēt eā huius debilitas loci.

Signa carnose sunt duricies ⁊ inflatio ⁊ longo tpe icipit: ⁊ cū tāgit totū cōuer mouetur. ⁊ p tps nullo mō minuiĕ. ⁊ ē grauedo ⁊ sine dolore: ⁊ quādo tangitur q̄ est infra testiculum mouetur. ℭ Signa veru cose sunt. venarum contortarum ad modum vitis repletio ⁊ testiculoz mollificatio. ℭ Iste hernie sunt difficiles ap̄ albucasim. ⁊ periculosum est ad opandum. Quapp sibi vē q; eaz dimissio melius ē q̄ extirpatio. de hoc inuenio multos modos curationis.

In hac ergo cura debes dietā ordinare calam ⁊ siccā: deinde fiat purgō cū turbith ꝑparato. ℭ Istis duabus itētionib⁹ cōpletis dic' aliq vt quido q; apponaĕ resolutiua ⁊ mollitiua dcā ipsius in pluribus locis. ℭ Si aūt ꝺ non succedat tibi ⁊ fueris rogat⁹ de cura tūc ꝓnosticando fiatō piculo. Seca ergo cute iuxt doctrinā Albucaſ. ⁊ si caro possit tute a testiculo separari separa ⁊ cēbe. Si vero non: aut ipsemet testiculus ē corruptus aut nō. si non consolida locū. ⁊ sic liga superius dictū ⁊ scinde ⁊ sue ⁊ cauterisa sicut fit in hernia intestinali. deinde consolida eodē mō. ℭ Brunus dixit: q; si caro fuerit mutilata cū testiculo ⁊ consolidata: q; secū indurata extrahit testiculum: q; scindere debes dictū ⁊ suere ⁊ cauterizare mō iā dicto immediate. ℭ Guil. de saliceto dixit: q; antequā fiat incisio. primo locus mollificeĕ cū oleo veteri ⁊ cū diaglone ad serophulas. eā mollificatione scindatur pellis cum rasorio ⁊ carnositatem quā inuenis remoueas a testiculo. Et si testiculus non fuerit lesus dimitte ipm. si lesus fuerit cēbe ipm cū tota carnositate: q; si maneret corrumperet aliū ⁊ non cōsolidareĕ. ⁊ si testiculus extrahitur vidimus nō inciso. Dico ego sic. ⁊

si nō extrahatur sue. ⁊ hoc vult ēt Guil. de salice. Et sub dit magister iste q̄ super suturā ponāt hic puluis. Rx. sanguinis draconis: mastices: dragaganti. ana. terāt̄ ⁊ cribelentur ⁊ cum albumine ouj per diē vnā super vulnus dimittant̄ ⁊ ab illa die vltra ponāt puluis tm̄ vsq; ad finē sine albumine. Et subdit q̄ iste est optimus modus curationis carnose: ⁊ per aliam viam nō recipit curā sm̄ q̄ tē potibus meis fuit visum: ⁊ nobis manifestū. ¶ De hernia intestinali non loquor: q̄ ppue non est apa.

Tractatus vigesimusnonus.

¶ De apatibus testiculoꝝ. CA. I.

HEc apostemata hunt a materia q̄ descendit a membris supioꝝ: ⁊ imbibit̄ in locis illis: ⁊ vt scitis nutritiua membra expellūt̄ super fluitates ad loca iferiora: que consequenter illis imbibuntur ⁊ tumorē preter naturam faciunt.

In cura ista habes tres intentiones. s. i dicta: purgatione ⁊ in localibus. ¶ Signa nō pono calidi vel fridi apostematis: q̄ ex dictis in cap'. osei ⁊ al's sunt nota. quare non recapitulo.

¶ Prima intentio ⁊ secūda cōplēt̄: vt dicū est in precallegato osei capto. quare non recapto saluo q̄ flōia in principio p̄n cipij fiat de basilica: vt dicit Brunus. postea si fuerit in augmento vel stans de saphena a parte domestica fiat flebotomia: q̄m illa vena euacuat a matrice ⁊ a testiculis. vt dicunt magistri.

¶ Tertia intentio complet̄: vt dicū est in cap. de apate osei: q̄ que cōueniunt hic ⁊ illic recurre. Illo tm̄ non obstante pono aliqua que illic non sunt posita. ¶ Guil. de va. ⁊ Aui. primo dicunt q̄ emplin factū ex folijs iusquiami albi cum polenta confert apatibus calidis ⁊ cotiandrū bulitum cum oleo ro. ante i principio confert. ⁊ experium est. Et Alchimus dixit q̄m ex folijs iusquiami solum fit emplastrū mitigat dolorem. ¶ Et Serapio dixit: emplin farina ex folijs mirti valet apatibus calidis testiculoꝝ. ⁊ Cōstantinus dixit. folia mirti cum oleo ro. tumentes testes iuuant. ⁊ Guil. de va. dixit: oleum mirti cōfert in augmēto: ista valent. ¶ Dia. dixit: radix lilij mixta cū folijs iusquiami ⁊ polline tritici tumorem testium tollit. ¶ Et alij dixerunt. q̄ si cum semine papaueris ⁊ farina tritici fiat emplastrum confert apatibus calidis testiculorum ⁊ doloꝝ eorum. ¶ In statu Galienus dixit in primo de alimētis q̄ ad apata calida testium confert emplastrum facti ex farina fabarum cum succo ordei ⁊ oleo anetino: vel camomellino. ¶ Dias. dixit: sola farina fabarum cocta cum vino valet. ¶ Serapio dixit: q̄m farina fabarum cum suis corticibus cocta cum vino curat apostemata testiculorum. ¶ Et dixit ēt: quando fit emplastrum ex carne pasillarum fabarum ⁊ cumino confert apostematibus calidis testiculorum. ⁊ huic emplastro Bartholome' addit pinguedinem antiquam. ⁊ hoc emplastrum resolvit apta resolutioni apta: ⁊ maturat ea que resolutioni non sūt apta: sed maturationi solum. ¶ Dixit ēt Serapio: cicera alba. que similantur orobo resoluunt apostemata calida testiculorum quando sunt dura: ⁊ curat cirsuras malas q̄m administrantur cum melle. debent autem preinfundi i aqua: antequā administrentur cum melle: ⁊ postea fieri emplastrum: quod sum experius utilissimum. Et de hoc dixit Isaac. cicer album apata dissolvit: maxime: que in testiculis sunt ⁊ retro aurem. ¶ Et dixit ēt Serapio quādo fit emplastrum cum rutha ⁊ folijs lauri confert apostematibus calidis testiculorum. ego autem puto illud fore vtile in declinatione apostematum calidorum: q̄ in fine solā resolutiua conueniunt. ¶ Scio ēt b̄ confere apostematibus frigidis i augmento. ¶ Apuleus dixit: ciminū tumores ⁊ feruores testium cū vua passa tritus vel cū fabis ⁊ polline curat hec apostemata. ¶ Sed Dias. voluit q̄ ciminum fit domesticū ⁊ omnia fiant in emplastro. ¶ Modꝰ bene q̄ oia que valent apostematibus mamillarum ⁊ i apatibus testium ēt valent. quare illa capitula alternatiz videantur. q̄ vicissitudinarie se habent: vt sic dicam: q̄ illa que competunt in apate calido mamillarum competunt in apate calido testium. ⁊ sic de frido ⁊ duricie codē mō loquor. ¶ Si vero p̄ hunc modum non curāt̄ ponantur emplastra maturatiua dicta superius in alijs caplis apatum calidoꝝ: facta sanie aperiatur locus ⁊ non pmittatur sanies imantū q̄ corrumpat testiculum: q̄ postq̄z corruptus fuerit non consolidabitur locus nisi extrahat̄: q̄d indecens est. ⁊ ego vidi i vno pilipario in quo vnus testiculus fuit apostematus ⁊ ad duriciem deuenit: demum ad saniem: deinde testiculus fuit corruptus. ⁊ si debuit liberari fuit necesse q̄ testiculus extraberetur. ⁊ sic fuit curatus: remota sanie cum melle ⁊ myrrha ⁊ farine ordei ⁊ incarnetur ⁊ consolidetur.

¶ De apate frido testiculoꝝ. CA. II.

SI contingat q̄ hoc apa fit frigidū cognoscēs p signa alioꝝ apatū fridoꝝ tam dicta.

Cura ista hz tres intētiones: sicut dictū ē: ¶ Dieta eius ordinetur. vt dictū est alibi. Purgatio fiat cum pillulis de agari. vel cum turbith. preparato.

¶ Tertia intentio completur hoc mō. ⁊ dico primo q̄ illa que dicta sunt in caplō apatis osei fridi hic valent. ¶ Dico secūdo q̄ ista conferunt hic ⁊ illic. s. in apate osei. quare caplā aliternatim videantur. ¶ Dias. dixit: radix baucie collo ligata tumori testium confert. ⁊ in hoc sola proprietas est in eā. ¶ Et dixit: apatibus testiculoꝝ mollium cōfert rutha: ⁊ tollit dolorem ipsorum q̄m folia eius cum folijs lauri teruntur: ⁊ superponuntur. Dico ego q̄ si apata sint dura addatur istis aliqua pinguedo mollificans sicut dispō loci ⁊ natura regrit. Dixit ēt vua passa cū polline fabe testium tumorem spargit. ⁊ dixit ēt sal vue passe assungia mixta adinuicem ista tumorem testium soluit. ¶ Chiranus dixit: radix vitis albe cocta cum oleo tumorem genitalium ⁊ oē vicus dissipat: ⁊ dispergit. ¶ Dixit ēt. stercus capre cum vino veteri coctum ⁊ superpositum tumores articuloꝝ ⁊ genitalium ⁊ vlcerū perfecte sanat. quod verum est. ¶ Aui. dixit: si ex radice affodillorum ⁊ fece vini fiat emplastrum valet apatibus testiculorum. ¶ Et Bartholomeus dixit: quod idem potest emplastrū factum ex folijs affodillorum decoctis in vino. ¶ Confert ēt emplastrum factum ex floribus cardi benedicti coctis in vino. ¶ Dixit ēt Aui. emplastrum factum ex mentastro ⁊ calamento montano addito fermento butyro ⁊ sale: confert apostematibus testium. ¶ Dixit ēt idem auic. princeps noster q̄ fiat emplastrum de fabis ⁊ vino super apostemata testiculorum. ¶ Et dixit etiam. administretur ciminum cum aceto: aut cum oleo ⁊ farina fabarum super apostemata testiculorum. immo ēt cum oleo aut cū oleo ⁊ melle administretur. ¶ Dixit etiam: castoreum removet ventositatem matricis ⁊ eius frigus ⁊ frigus testiculi. ¶ Constantinus dixit: aposima mente sanat apostemata testiculoꝝ ⁊ removet eorundem dolorem. Serapio dixit. Bdellium dissolvit apostemata testium ⁊ alia: ⁊ ē calidum ⁊ siccum in 3°. ¶ Et dixit ēt: quando oleum miscetur cum semine lini ⁊ feimgreci. ⁊ etiam rutha multuz confert tumoribus testiculorum. ¶ Et dixit. quando ster cus capre q̄ turtur est magis resolutiuum: ⁊ curat apostemata: ⁊ etiam miscetur in emplastris resolutiuis. Si etiā testiculis fiat inunctio cum felle thauri. dico ego ⁊ mel cōfert apostemanbus ⁊ doloꝝ testiculorum. ⁊ verum est. ⁊ hec que dicta sunt conferunt apostematibus osei. quare illa sunt capitula vicissitudinaria: quare ergo legantur simul.

¶ Si ergo ex dictis i capitulo osei. ⁊ specialr in parte illa de frigido nō conferunt: nec etiaz ista nunc dicta: maturetur locus ꝯz q̄ eius dispō regrit facta tamē purgatiōe

Primo ō maturatiuis dictis in alijs apatibus frigidis. Dixit tñ Serapio ꝛ: hoc. qñ sal miscet cū origano ꝛ frumento maturat apata testiculorum. Facta maturatione extrahat sanies ꝛ nō pmittat diu: qz testiculū corrumperet. Facta apertura ꝛ mōdificatōe icarnetur ꝛ ꝓsolidetur.

¶ De uuricie testiculoꝝ. CA. III.

QUoniam aūt apata dura sequūtur multotiens ad apata calida ꝛ et frigida. iō mētio de his fieda est merito. ¶ Quō aūt fiant iste uuricies. ꝛ ex qua mā sepe dictum est ꝛ iō nōrepplico: premissa debita dicta ꝛ purgōne: ut in alijs locis silibus est dictū dico ista valere. ¶ Et ꝑmo Aui. dixit. armoniacum dissolutū cū aceto dissoluit ꝛ lenit apata dura testiculoꝝ. Dixit et. emplin factum ex agno casto ꝑpuc ex semie eius cum butyro ꝛ folijs eius mollūt uuricies testiculorum. ¶ Serapio dixit: pir hūida maturat. apata dura plus satis ꝗ facīat sicca mirra cū mirrha equali ꝓportione et uuricieī matricis ꝛ am ꝛ testiculorum apatibus subuenit ꝛ curat. ¶ Dixit et. semen herismō confert uuriciebus antiquis que fiunt in testiculis ꝛ māmillis. Et galie. in. vi. dixit. qz mollificat parodicas. i. apata post aures. ¶ Ebiranus dixit: pir humida cum cera maturat apata dura huius loci. ¶ Dixit etiam: stercus capre coctum cum vino veteri ꝛ superpositum oēs tumores genitalium ꝛ uberuz perfecte sanat. ¶ Dia. dixit: pir hūida mixta cum pollina ordei ꝛ lotione infantuli. i. cum urina infantis. ¶ Et Bartho. dixit qz oleum picis in hoc valet. ꝛ est fortius. Dixit et: oē oro bū podicas ꝛ testiculos induratos uigent. Emplin et factū ex ciceribus albis factum in ea. immediato valz. dico ego qz experius sum. ¶ Dixit et: dura apata calida testiculorum mollificat ꝛ resoluit sordicies que in parietibus balnei reperitur. Et silr sordicies que uocatur mun ꝛ he sordicies calide applicentur. ¶ Al. dixit. tuderi remolliri apata dura ꝛ magna que fiunt in radice auri ꝛ uuricies māmillarum ꝛ testiculorum. Bartho. de va. dixit qz cum folijs agni casti ꝛ pinguedine porci aut oleum ꝛ fiat emplz: ꝛ tollit scrupulum testū. ¶ Gui. de vz. dixit: sumatur furfur. ꝛ indeficienter teratur donec per cribz subtile cribellentur. deinum misceatur cum armoniaco dissoluto cū ori melle ꝛ loco parum caliduz applicetur assidue super locuz assidetur siue teratur. ꝛ mirabile est in apatibus durorū testiculorum. ¶ Dixit et qz apata dura maxime testiculorum ꝛ ani mollificat mellilotum bullitum ꝛ dolorem eoꝝ sedat. Si volumus illud magis sedatiuum apponatur semē papaueris siue pulpa papa. ꝛ si volumus magis mollificatiuum addatur farina fenugreci ꝛ semis lini ꝛ uitella ouī decocta. Et si volumus illud maturatiuum addatur farina molendini aut mucillago cuiusci. confert etiam magis in apatibus oculorum qñ addūtur uitella. ¶ Semper āt hic ꝛ ubi fiet mētio de testiculis requirat quod superius dictum est de disponibus silibus māmillarum. hic ꝛ illic que hic dicuntur require: qñ ista capla uicissitudinaria sunt. quare simul perlegantur.

Tractatus. XXX. de apatib⁹ virge.

¶ De apate virge calido. CA. I.

APostemata virge ꝛ testiculi prima sunt in curatiōe quare apostematis calidi signa ꝫ frigidi ex dictis nota sunt. ¶ Cura ista consistit in tribus. ut dictum est: ꝫtum ad dictam ꝛ purgationem fiat ut dictū est in ꝓcedentibus caplis. ¶ Quā tum ad tertiam intentionez dicunt ueteres. ꝛ ego cum eis qz ꝯeunqz ꝓferūt apatibus testiculoū siue sint calida siue frida eadē cōferunt silibus apatibus virge ꝫre recurre ad caplm de apatibus testiculorū. Ista ergo capla alternatis videāt. ¶ Aui. dixit qz apatib⁹ virge melⁱ ꝓpetūt stiptica in ꝓncipio rei ꝫ apatib⁹ testiculoꝝ. qz ō ꝓncipatu testiculi plus obtinēt. Dixit et qz cortices granatoꝝ cū rosis siccis ꝛ lentib⁹ qñ coquūt i aq̄ donec dissoluant. deinde triturē tur cū oleo ro. ꝛ applicent. cōfert apatibus virge calidis. Etā dixit chimolea cū aqua solatri cōfert apatib⁹ virge calidis. Dixit et bolū armenū ꝛ lētes ꝛ folia alchechengi cōferūt apatibus virge calidis. Et ego dico qz unguētum populeō ꝛ solatrīn ō multū valet. ¶ Dia. dixit: succus foliorum umbilici veneris ꝛ ipsius totius plāte cū vino iū et⁹: aut fomēto adhibito tumorē natū spargit. Dixit et. sole lentes cocte cū olco ro. tumorē ani ꝛ uitia ueretri curāt. ¶ Unguentum de pomis Dia. ℞. mala maciana lignea pte intus purgata lib. j. croci. ℈. vi. ꝛ in pasta ōquo quāt ꝛ cū exceperis tādiu cū pulpa panis terat donec in ceroti lenitie molescat ꝛ sup locū ponatur. ꝛ ō vz si circa locum siue in loco fuerint pustule acute. ¶ Fidelis dixit: si virga inflet ꝛ doleat: misceat cera ꝛ oleum ꝛ succus portulace ꝛ apponat: ꝛ ē expertum. Dixit et farina ordei cocta ꝛ cataplasmata dolorē virge tollit. ¶ Halia. dixit: stā nū si fricet ad lapidem cuz modico vino ꝛ oleo oliue apatibus ꝓdest: que sunt uerēda. ¶ Gui. de va. ait. expietia scio qz apatibus virge ꝛ oium et partiuz genitaliū calidis ꝓfert oleum cōfricatiōis plūbi: de quo alias dixi i primo lib. ¶ Si vero ad sanies deueniat maturet: ut dictum ē in alijs apatibus ꝛ scindat ꝛ mundificetur ꝛ incarnetur.

¶ De apostemate frigido virge. CA. II.

AVirga qñqz fiūt apata frida ꝛ dura: sic ꝛ i alijs locis. Quat ergo ꝓ dicendis in isto capl̄o utilibus. ꝛ ꝓ dicta ꝛ purgatōe recurre ad caplm de apati b⁹ osci. ꝛ ad capl̄z ō apate calo vel frido mā millaꝝ. qz ista capitula alternatim se hñt: ut dictum est. ¶ Tertia intentio cōplet cū localibus localia sint ista q̄ dicta sunt in apate frido testiculoꝝ. ꝛ ibi ꝓte vide. ¶ Appuleius dixit in libro suarum herbarum ad veretri tumorē ꝛ dolorem herba betonica cum vino trita: tūoribus cōfert: ꝛ ipsa potēter facit. ¶ Et fidelis dixit decoquat i vino bethonica. ¶ Alchimus dixit: succus origani curat ipsam virgam inflatam. ¶ Si contingat mō: qz tale apa fit sicut cacesia: ut sepe accit in dispositionibus cacesie: tunc valet hoc de mente Gui. de va. ℞. ossium dactiloꝝ ptes duas: altee prem uiam. conterantur hec cum aceto ꝛ sup ponantur. ¶ Et Guielmus de vara. Si contingat mō: qz apa sit durum sumat furfur. ꝛ indeficienter terat donec ꝓ cribrum creat deinde misceat cum armoniaco dissoluto cum oximelle. ꝛ in loco paꝝ calido ponatur. ꝛ assidue sup locū. ꝛ ō erptū ē. Que dicta sunt in uuricie testiculorum: ꝛ hic conueniunt. quare ista require adinuicez ut dictum ē sepe. ¶ Si aūt acciderit aliud accidens. qz dolor ꝓsidera dolorem si sit rōne māe cōculcate: ꝛ tunc valent anodina. ꝛ cia que dilatant poros ꝛ materiam faciunt exhalare. Si aūt fit ꝓp malā cōplōnem: tūc laudat Aui. fo mētatione ex folijs maluarum ꝛ iusquami. Itē valēt oleū violatum ꝛ albumen ouī fil' mixta in dolore ex mā calida. ꝛ medulla panis albi in lacte infusa'ꝛ rpata bene mixta cū vitellis ouoꝝ semicoctoꝝ cū modico opij ꝛ croci incorporetur cum oleo de papauere vz. ¶ Nota tñ qz in trāspiratione māe. i. in'cerbalatione eius ꝛ mūdificatione multuz vz crebra remutatio ꝛ ista ē cōsuetudo in ea. ꝛ spāli in mūdificatione. Ego aūt in istis apatibus fridis q̄ sunt ut in pluribus cum aliqua alia uuricie consueui primo facere suffumigiū. ꝛ cōiter embrocationē cū edera. bulliat ergo edera. ꝛ cū remota sit ab igne virga teneat sup bulliturā ut fumū recipiat istū. ō facto ꝓ duos vel tres dies sm̄ necessitatem ñi appono emplastrū factum ex farina fenugreci, semis lini, camomille ꝛ melilloti, semp ñi facto suffumigio ꝛ tpib⁹ meis bñ successit mihi. ꝛ vidi in uno fratre ꝑdicatoꝝ q̄ debat pellem prepucij lucrarat. ꝛ cū isto qō dictum est in una nocte ad suū locū reuersa est. Ego aūt facta suffumigatiōe aliqñ ēt pono emplastrū ō melli loto in primo die: ꝛ mihi bene successit: ut iaz vidi. ¶ Nota tñ: qz foramē virge semper teneatur apertum ꝛ cū tenta

de cera: vel de pāno ⁊ in hōc casu semp fiant ligature ad sustinēdum vgam. ⁊ fiat spāliter facculus. ⁊ iponat vga ⁊ ligēt ex transuerso corpis taliter q nullo mō ferat sibi dolor: qñ dolor attrahit mām. ⁊ hoc vt dictum ē yeq ē. sine duricies sit egritudo sine accidens egritudinis.

¶ De pustulis q̄ aduenium vge pp̄ uerlationē cuz feda mulicre q̄ albe vel rubec sunt. CA. III.

EX materia venenosa que retinet iter ꝓpucū ⁊ pellē vge cāntur iste pustule tales p hūc modū. qñ ex retentione illius materie q̄ remanet inter pellē ⁊ prepucium ⁊ pellem retinent māe q̄ non possiunt exhalare putrefiunt ⁊ fiunt pustule albe vel rubec. ¶ Gui. de saliceto dixit: in principio cum ista occurrunt confortetur locus cum aqua decoctionis mellis ro. collati. hoc fō embrocetur locus cū pecijs ifus. in vino ⁊ aceto mixte in quo vino decocte sunt galle ⁊ nuces cipſi: ⁊ b̄ fiat sepe donec malicia corruptiōis sit rēota. ¶ Ego aūt dico q̄ vz vnguentum Diasco. positum i primo piece dēti capitulo. ⁊ ē vnguentum de pomis maciatis. Ego āt consueui lauare locum cum aqua ordei vel cum aqua decoctionis mellis ros. collati. facto hoc accipio res pistatas sicut sunt balaustie cortices granatorum rose mirti ⁊ ex ista decoctione facio lotionē. q̄ si ex hoc nō recedūt ille pustule cōsueui ex aqua Tolatri ⁊ ex viridi eris facere cōpositionem sic q̄ mixtura illa mordeat: ⁊ cottū balneo in ista aqua: ⁊ facio crebā appositionē hui⁹ cotti sic balneati. ⁊ ista aq̄ cōsolidat istas tales pustulas. ⁊ i isto bene successit mihi: qđ verū est. vñ tñ recordor vobis q̄ afiſ ista balnea dicta ex vio illo stiptico fiāt: fiat purgatio: alter illis bubo supueniret in inguie: qñ mā q̄ venit ad locum illum retropellitur a balneo isto: ⁊ inueniens cōcauitatem inguis: illic moram facit: ūre bubo generatur ⁊ ad exiturā pluries deueniet. quare purgationez vniuersalem facias: ⁊ impiti medici operantes indiscrete. vl in cautela non faciunt purgationē. quare duplici mō lucrant. q̄ b̄ virga ⁊ bubone. Iterum isti tales debentes mām venen tē ad locum resoluere querunt illā sanare vt aliqd lucrentur. Et b̄ non dz fieri a discreto viro ⁊ magistro. ¶ Me ergo iste pustule oriant vobis cauti esse debetis. q̄ post cōitum illarum mulierū q̄ fede sunt debetis facere lotionez cum vrina vestra i hyeme. in estate cum aqua calida. ⁊ si aqua calida nō pōt hēri. cum farina vel cum vrina facrem ego. ⁊ isto mō nunq̄ generabūtur iste pustule. ¶ Si acciderit mō b̄ accidens q̄ locus cācrenaretur: q̄ locus denigratur: vt dictum est in principio capituli: dz remoueri illa nigredo cum dictis in cap. de cancrena: q̄ cum medicis fortibus vel cum ferro ignito: de q̄bus in primo lib. fcā ē mētio. ūre gr̄a brcuitatis hic reseco tā q̄ ipertinens multa vidi ⁊ operatus sum q̄ dimitto gr̄a brcuitatis.

¶ De nodis virge. CA. IIII.

A hoc loco sepe gcnerat nodus etiā porrus: sed b̄ nodo nūc ē sermo: de porris erit posterius. cū loquar b̄ decoctione. ¶ Si vis ergo nodū remouere capias ipsum cum digitis. ⁊ si sit in loco venenoso ⁊ arterioso: q̄ locus ille est satis venenosus ⁊ arteriosus: vtest videre ducas ipsum cum manu extra illum locum arteriosum ⁊ venosum: tunc hoc facto incide pellem sup nodum ⁊ extrahatur totaliter: quia cōprime digitū quē habes sub glādula facta incisione ⁊ exibit. ipso vero existente extracto sue pellē. ⁊ nō negligas tñ quin videas si pellis equitet pellem vel non. Si sic incide ⁊ sue: sicut de nodis dictū ē i pmo li. Si nō sue ⁊ sup locū ponas pulueré sanguis drac. ⁊ dragagāti eq̄liter cū albumine ouī: ⁊ sic fiat vsq̄ ad cōpletazic armationē.

Tractatus. XXXI. ō apatib⁹ vulue.

¶ De apate calido samoso. CA. I.

TRanseamus mō ad apata vulue post⁊ facta est mentio de apatibus virge. Et primo de calido Dico primo q̄ oia que dicta sunt in capitulo de apte samoso virge hic valent. quare vide illic. Dicta ⁊ purgatio fiant vt ibi dictum est. ¶ Tertia intentio completur cum localibus: ⁊ preter illa que dicta sunt cōferre. ¶ Serapio dixit herba maluauisci q̄ coquitur cum mellicrato aut vino ⁊ teritur cum pinguedine anatis ⁊ glutino albotin ⁊ fiunt inde nastalia confert apatibus calidis matricis. Gui. de va. dixit: decoctio eius facit sitz ⁊ mundificat superfluitates parturientis. ⁊ b̄ experti est. ¶ Bartho. de va. dixit: q̄ et b̄ facit radix cuuslibet alteē. naz resoluit apta calida matricis ⁊ maturat illa que resolutioni non obediunt ⁊ confert opilationibus que in venis matricis existunt. Et pōt et coqui cum vino mellito. ⁊ sitz cum sepo anatis ⁊ glutino albotī misceri. ¶ Dixit etiā Serapio: qñ radix lilij teritur ⁊ miscetur cuz aceto aut cū folijs iulqami ⁊ frumenti farina confert apatibus calidis intestinorum ⁊ matricis Bartho. de va. dixit huic emplastro addidi oleum rosaceum. ⁊ dicit q̄ idem possunt folia lilij. valet b̄ qñ apa ad augmentum deuenit: ⁊ lilium sit album siluestre. aut sit siluestre lilium: cuius flore sunt celestes. ¶ Apatibus et calidis valet emplastrum factum de mirto ⁊ farina cocto ⁊ superposito. hoc valet in augmento. Et si mā sit sanguinea valetin principio ⁊ in augmento. ¶ Alchi. dixit et suco mandragore cuz farina ordei fit emplin qđ valet in augmento. Et dixit et sic: si fiat sessio in decoctione foliorum ⁊ semis agni casti confert apatib⁹ calidis matricis. ¶ Et dixit: et. qñ spica nardi coquitur i aqua ⁊ sedet in ea multum confert apatibus calidis q̄ fiunt in matrice. ¶ Et Constā. dixit q̄ hec tollit dolorem eius. ¶ Decoctio et radicis signanti ⁊ florum iniecta p inferius valz. Aui. dixit eucatisimū decoctione squinanti cōfert apatibus matricis calidis: ⁊ silr cum distillatur in cā aut euaporatur aq̄ eius. ¶ Decoctio iesumini et valet flegmonibus matricis. ¶ Dixit et Aui. fit ex butiro clistere ad apata calida ⁊ dura i intestis ⁊ nuice ⁊ testiculis. ¶ Si āt ad sanie deueniret. fac vt victū ē in dez apatibus virge. Si dolor adest fac etiam vt dictum est.

¶ De apate frigido vulue. CA. II.

SI contingat q̄ apa sit frigidū fiat in duabus intentionibus vt victū est in apate frigido virge: q̄ ista capitula vicissitudinaria sunt quātum ad tertiam intentionem fit vt dictum est illic ⁊ vltra illa vicemus crimus alia q̄ huic conueniunt que a magistris nostris ponūtur. ¶ Quānis aliqui nostri antiqui dixerunt q̄ radix pastinace siluestris vel semē ipsius tritum bibitum cum vino inflationes sedat. ¶ Jsaac dixit: si farina nigelle. ʒ. v. cum vino temperate bibantur apocimate fenugreci oppillationez matricis auferunt. ⁊ a viscosis ⁊ grossis illa mundificant: apata dissoluit. ¶ Dixit et: scissio facta in decoctione semis lini dissoluit apata matricis. ¶ Dixit et. si sint cathaplasmata cum adipe anserino apata vulue dissoluit ⁊ maturans ad sanitatem perducit ¶ Aly. dixit calamus aromaticus bibitur cum melle ⁊ semie apij ad apata matricis. Dixit: verum oēs spice ꝓhibent apata matricis sedendo in eis: dixit et laudanuz dissoluit apata matricis suppositus i pessario. ¶ Serapio dixit. fiunt ex decoctōe fenugreci sessiones mulieribus ⁊ conferunt dolori matricis accidēti ab apatibus ⁊ eius coartatione. Dixit et. clistere factum cuz amurcha olei ꝓfert ano apato ⁊ collo matricis fomentuz adhibetur. ¶ Dixit iterum: bdellium matricis tumori. i. inflatōi suffumigando succurrit. ¶ Et dixit etiam. pulegium fomento adhibitum tumores matricales mitigat. ¶ Alcbunus dixit q̄

longo qpe sedent in decoctione semis lini ⁊ valet sicut de coctio fenugreci. ℂ Dixit ēt, sedoaria resoluit apata matricū ⁊ est calida ⁊ sicca ꝑm ipsum. ℂ Constā. dixit emplastrū factū ex calamo aromatico curat apata vulue. ℂ Dixit ēt: oleum de amigdalis amaris dolorem vulue ⁊ eius suffocationē ⁊ tortionem ⁊ apata in ea nata curat vel dissoluit. ℂ Dixit iterum: succus mente mirtus pessarizatus ⁊ super pectinem cathaplasmatus mēstrua prouocat: putridos humores vulue desiccat: dolorē ei⁹ tollit flegmatica apata in ea nascētia curat. ℂ Rasis dixit: lana intincta in oleo lilij celestis ⁊ matrici imissa vt constrictiōi matricis orificij ⁊ eius spasmo ⁊ apatib⁹ q̄ fiunt i.ea. ℂ Haliabas dixit: de flore keiricitrini sic soluit, apata que sunt in matrice si cathaplasmetur eo locus pilorum. ℂ Dixit etiam: aristologia longa dissoluit matricis grossiciem ⁊ loquitur de radice. ℂ Mesue dicit: oleum de storace ꝑfert dolori matricis renum ⁊ vesice calefacit ea: conferunt etiam inflationibus flores ⁊ folia cardi benedicti bullita i vino dulci ⁊ cathaplasmata. ℂ Si aūt ad sanies deueniat maturetur ⁊ mundificetur vt victum est in apostemate saniolo virge ⁊ consolidetur eodem modo vt dictum ē. Saluo tamen qꝺ si apostema esset in loco quod non possit videri tunc medicine consolidatiue: ⁊ incarnatiue per pensatorium injciantur: ⁊ sic intellige.

ℂ De vuricie matricis. CA. III.

Vricies accidit in matrice frequenter aut expressione apatum calidoꝝ vel frigidoꝝ ⁊ b ē vrplurimum: ⁊ alīq̄ hoc non accidit ⁊ b ē rarius. ℂ fiunt āt iste vuricies aut ex adustione humorum calidorū aut ex adustione humoris frigidi vel ingrossatiōe eorum. ℂ Dieta ordinaria ⁊ purgatione facta vt dictū est induricie intestinorum. ℂ Dixit Alchin⁹ quo ad localia. q̄ ponit lac ficuum cum amigdalis triris laxat ventrem ⁊ remouet vuriciem. ℂ Dixit ēt: fit sessio in decoctione malue ⁊ remouet vuricies matricis ⁊ ēt ani. ℂ Dixit Aui. de ficubus qꝺ si cum amigdalis comedantur vuriciez mollunt. ℂ Dixit ēt: crocus confert vuricici matricis bibitum ⁊ more emplastri suppositū ⁊ potaē ex eo vsqꝫ ad. ʒ. v. ℂ Dixit iterum: oleū storacis cōfert vuricici matricis ⁊ puocat mēstrua ⁊ aperit mīcē. ℂ Dicit ēt: encatisma factum ex decoctione cuiuslibet partis altee maxime si addatur sibi farina fenugreci vuricies matricis remollit ⁊ subdit qꝺ ponatur cum gummi alboti ad vuriciem matricis ⁊ confert coartationi eius. Et silr solum decoctio ei⁹. Et idem dicit de semine. ℂ Dicit ēt lactuca asini confert apatibus duris in matrice suppositis ⁊ sedēdo in aqua ipsius ⁊ ē calida ⁊ sicca secundum ipsum. ℂ Dicit ēt isopus humida resoluit vuricies que sunt in parte vesice ⁊ mīcis ⁊ cōfert frigiditati coꝝ ⁊ frigiditati renuꝫ. ℂ Dicit ēt: ex butiro fit clistere ad apata calida ⁊ dura i testinis matrice ⁊ rectriculis. ℂ Et serapio dicit. qñ cū butiro qꝺ non ē putridū neqꝫ vetus fit clistere ꝑfert apatib⁹ duris ⁊ calidis matricis. ℂ Serapio dicit: qñ ficus sicce coquūtur cū fe. greco i aqua ordei ⁊ fiunt in eo sessiones cōfert vuriciebus matricū. ℂ Et Bar. dicit qꝺ sint pingues. ⁊ pōt fieri ex eis emplastrum ⁊ mollificāt apata dura matricis ℂ Dicit iterum. qñ radix tribuli in aqua coquitur ⁊ fit encatisma in quo sedent mulieres laxat vuriciem matricis. ⁊ dilatatur orificium eius. ⁊ qñ semen eius bibitur cū vino facit hoc. ℂ Dixit ēt: qñ fit nastale cū storace ⁊ etiam bibit confert coarctationi matricis ⁊ puocat menstrua. Et Bar. dixit, idem pōt suffumigiū factus ex ipla. ℂ Dixit ēt. qñ ex elixatura fiat encatisma in quo sedent mulieres confortat ⁊ confert vuricici matricis ⁊ aperit orificiū eius. ℂ Dicit ēt miscē fenugrecum cum adipe anseris ⁊ fit inde nastale mollit vuriciem matricis ⁊ coarctationes eius. ℂ Jtem dicit: vrcos elixatur ⁊ fiunt sessiones in decoctione eius ⁊ confert dolori matricis ⁊ mollit vuriciez eius ⁊ aperit orificiū eius qñ cōstringit. Et Diascorides dicit, de iri illirica secundum Aui. oleum vrinū pensarizatum tumoribus duris matricis confert. ℂ Dixit ēt Serapio. isopus sicca valet ad vuricies ⁊ frigiditates que sunt in matrice ⁊ renibus ⁊ vesica ⁊ epate ⁊ confert stomaco ⁊ epati. ℂ Jterum dixit, laudanum confert stō ⁊ epati vuriciebus earum. Et Bar. dixit. qꝺ miscetur cum pingedie anatis ⁊ oleo irino ⁊ confert. ℂ Dixit ēt. pix humida maturat apata dura plus satis q̄ facit sicca mixta cum mirrha equali portione vuricies matricis ⁊ ani remouet. Et Alchi. dixit. qꝺ pix hūida pōt misceri cuz cera. Et Dia. dixit. qꝺ sit mixta cum polenta ordei ⁊ vrina infantis nondū polluti. Et Bar. dixit. qꝺ oleum picis est fortius in hoc. ℂ Dia. dixit. storax bibita vuriciez tollit aut pensarijs. ad bibita prestat effectum. Dixit āt de storace calamita: que i dica est sic. qꝺ molliciem hz duras matrices ⁊ vuriciē neruoruz relaxat scrophulas tollit ⁊ branchos iuuat. ℂ Dixit ēt: sessio facta in aqua decoctiōis spice cuiuslibet ⁊ marime celtice vuricici matricis cōfert. ℂ Dixit ēt de oppoponaco. ⁊ pōt relaxare ⁊ calefacere ⁊ mollire abundanter. vuricies iflationes tollit. Et aliqui dicunt qꝺ radix oppoponaci confert vuricici ⁊ ventositatibus q̄ fit encatisma cū ea aut q̄ supponitur. ℂ Dicit ēt. matricaria cuius folia si mulantur folijs camomille ⁊ vocat banonie mozella herba fomento adhibita vuricies ⁊ tumores soluit. Et Aui. vocat eam hucuen resoluit vuriciem matricis ⁊ aperit oppilationes. ℂ Aliqui magistri dicunt quando folia porroruin non transplantatorum coquuntur in aqua marina ⁊ aceto ⁊ sedent in decotione illa mulieres confert coarctationi oris matricis ⁊ vuriciei. Et confert etiaz quando ꝓpter humiditatez existentem in matrice fit passio. ℂ Aqua decoctionis pullegij tollit vuriciem ⁊ confert etiam ventositatibus eius ⁊ eius ascensum ad superiora. ℂ Gal. dicit in. 7. de coctione ieiimini ⁊ proprie floris eius. Dixit etiaz oleum de lilio est aptissimum vuriciei matricis. Et idem vult de folijs ⁊ radice lilij ⁊ silr quando coquit radix ei⁹ cuz oleo ro. non est ei par in egritudinibus matricis ⁊ silr oleum irinum. ℂ Constan. dicit. apocima frondium cotule feride valet vuriciei vulue in sessione. ℂ Rasis dixit qꝺ oleum anetinum mollificat vuriciem apostematis vbicū q̄s fuerit siue fuerit i matrice siue i alijs membris. ℂ Dixit qꝺ ex cerebro vituli ⁊ cerui fit pensarium mollificans apostema dura matricis. ℂ Pensarium Rasis. ℞. adipis anatis medulle cruris cerui ⁊ vaccini bdellij mollis croci vitelli ouj assati fecis olei de seminibus fecis olei ʒ lilio. aā. partes equales dissoluantur in vino ⁊ fac pensarium expertum. ℂ Ebi. dixit: radix altee agrestis decocta cum oleo ⁊ adipe coturnicis deinde cera addita facit ad indurationes matricis ⁊ tumores ac vlcera ⁊ prurigines ⁊ ad omnes passiones muliebres ℂ Serius plato dicit adeps anseris, matricum vuricies ⁊ conceptiones discutit. ℂ Guil. de va. dicit sessio facta in aqua decoctionis radicis paucedini vuricici oris matricis cōfert. ℂ Et dicit etiam: quando vuricies est in collo intra ita qꝺ frequēter putetur esse cancer: ⁊ aliquando putatur qꝺ sit lapis in vesica quia ex hoc vrina frequenter detinctur: Accipe amaracus ⁊ coquatur bene in oleo ⁊ exprimatur ⁊ fiant ex eo pillule vel pile filo ligate ⁊ supponatur aut supponantur inuolute in panno rasino: ⁊ hoc est mirabile. Quod si vuricies matricis foris ad tactum per ventrem appareat sicut mꝰ toricus in perturientibus apparet cuz abortiunt: calefiat predictū amaracum in tegula ⁊ ventri superponat. Et dicit ēt qꝺ experimēto hz qꝺ mulier q̄dā hñs mēstrua ⁊ vuricē matricis cōedebat ifrictellis ex folijs maluc in multa q̄ntitate ⁊ sanate sūt plures a mēstruis ⁊ a vuricie matricis. vltra hoc dico ego qꝺ si ex istis fiat nastale ꝓdest valde.

ℂ De cācro mīcis seq̄ntis eū. CA. IIII.

Voniam ꝑm sententiam doctorum moris est vt sepe vuricies ꝓcurat ad cācrū: iō de cancro nunc tractare dignū, ⁊ iustū ē puto. Cū ergo accit vuricies

in illis locis iustus ē ⁊ qp aliqñ ⁊ cancer: ⁊ rō ē manifesta ex pluries dictis quapp nūc de eo fit mentio. ℂ Et q: supius fuit facta mētio in p̄° libro. iō hic ī dicta ⁊ purgatione fac vt dictum est illic. ℂ Et quantum ad tertiam intētionē q: sequat̄ fm siriam diui Hipo. quibuscunq; cāri abscunduti sunt non curati melius. curati. n. citius pereunt. non curati vero longiori tpe pficiunt. q: ergo taliū impossibilis ē curatio. iō solū que doloribus ipsoz cōferunt iuxta siriam doctorum ⁊ magistroz ponā. Si qs tñ alias medicias volet: ad pmū librū recurrat ea°. ppio. ℂ Hali. dicit: qp emplastrū factū ex folijs malue admixto modico oleo amigdalino subuenit doloribus cōsequētibus cācros matricis. ℂ Dicit ēt: qp sumat̄ amurcha olei cū cera ⁊ in uase eneo cū vino buliant ⁊ ex eis fiat cerotus ⁊ applicetur ⁊ injciatur ⁊ p̄dest. ℂ Dicit ēt: qp si supponat̄ matrici suppositoriū factum ex adipe anseris ⁊ lauda no liquefactis admiscē cōfert doloribus cācrorum matricis. ℂ Et dicit ēt qp pessariū factū ex lacte lactātis puellā ⁊ modico zafrani in quo sit infusum aliqd ex opio ℈ ȝ ne cessitatem doloris ⁊ cācroz matricis confert. ℂ Et dicit ēt: qđ purgamētum qđ in balneoz cacabis adunat̄ si terat̄ cū oleo ro. misceat̄ ⁊ cera ⁊ fiat spissum ⁊ de hoc matrix exterius emplastret̄ vtilitate manifesta p̄dest ꝺ̄ cancrum q est in matrice. ℂ Guil. de va. dicit. si aūt estuauerunt ⁊ difficilis fiat tunc bleta ⁊ folijs altee viridibus coctis perfecte prius in aqua mellis deinde tritis cum modico oleo ro. ⁊ fiat emplastrum quod recte vtile est. ℂ Cōfert in hoc casu papauer viride qñ cū coriādro viridi est virga pastoris ⁊ strigno cōteritur demū oia cū oleo rosaceo mixta supemplastrentur. Confert ēt: in hoc casu si fiat clistere iterius ex aqua tepida ⁊ oleo rosaceo ⁊ lacte mulierū ⁊ aqua portulace ⁊ coriandri viridis. ℈ nangz dolorem cancroz compescit. ℂ Et mihi dicit Hal. si i tali dolore fuerit hoc accidens: qz exitus sanguinis tunc fiat clistere cum succo hipogistidos ⁊ bolo armeno ⁊ ceruſa plūbea dissoluta cum succo arnoglose expertum. Gui. ō va. lac impositum cum aliquo liquore sicut ē cinis fornacis in quam expurgatur vel aliud consilē multum confert.

Tractatus XXXII. de apostematibus am.

ℂ De apte calido sanioso. CA. I.

Apostemata ani cum apatibus vulue magnaz hñt conuenientiam. ⁊ iō signa sunt nota ex dictis quare non recapitulo. ℂ In cura hēs quatuor intentiones. s. in vita purgatione loc alīb⁹ ⁊ accidentibus. ℂ Dicta sit talis sicut dictum est in apostematibus oſci ⁊ testiculorum. ℂ Et flōmia ⁊ purgatio fiat vt dictum est in alijs capitulis.

ℂ Tertia intētio cōpletur hoc mō. in p̄n°. vt dicit Aui. cōferre emplin qđ fit ex citonio mellicrato ⁊ oleo rosaceo et est valde vtile. Et si fuerit necesse ponātur galle ⁊ cortices granatorum. ℂ Dia. dicir sole lentes coctę cum oleo rosaceo tumorez ani compescunt vt vicia veretri curant. ℂ Et dicit: etiam. sole galle emplastrate ⁊ coctę conferunt iumento magno. Serapio dicit: qp sint galle nigre vel rubee ⁊ sicce. ⁊ non virides. Et gal. dicit qp sit galla que est flaua. Ūñ dico quod quando volumus paucam stipticitatē ab eis nos coquimus eas in aqua: ⁊ quando maiores coquimus eas in vino stiptico. Constan. dicit. grana mirti pistata cum lacte valent tumoribus oculoz ⁊ silr vulneribus in ano ⁊ apatib⁹. ℂ In augmēto ⁊ statu. Dicit Barthō. ō va. qp mirrha cuz faria ordei cocta apati calido ani ⁊ matricis confert. ℂ Et auic. dicit mellilotum cum lentibus ⁊ gallis confert apostematibus ani ⁊ vulue cum vitello oui ⁊ farina fenugreci ⁊ semis lini prodest. ℂ Et Serapio dicit. qñ mellilotum coquiē cum mellicrato valet. ℂ Auripigmentū cū oleo rosaceo mirtū ꝺfert emoroidib⁹ ⁊ bothoz ani vt dicit Serapio. Et Lostātinus dicit qp curat pustulas ⁊ emoroidas ani. ℂ Et Chira dicit cerebruz anseris domestici cum proprio adipe ⁊ fenugreco ⁊ mellilloto decoctione vel iure suprapositum ragadias ⁊ emoroidas omnesq; tumores ani curat. ℂ In declinatiōe ista cōpetunt ⁊ in parte status: qz in parte status versus declinationem emplastrum factum ex folijs rosmarini cuius cūq; speciei vz apatibus ani. ℂ Et Aui. dixit. matricalis vz apatib⁹ anicladis. Et ego dico qp ista duo emplastra cum oleo laurino vel de ruta valent. ℂ Et gal. dicit in. 7. de licio qz ipso vtunt̄ homines ad liuores q sunt sub oculo ⁊ ad flegmones q i ano sunt ⁊ ad oris vlceratōes. ℂ Dixit iterum Aui. bdellium soluit apata ani. ⁊ quando fit ex eo suffumigium valet etiam vt dicit Chira. ℂ Rasis dicit: oleum persicorum mirabiliter vz apostematibus ani. ℂ Bar. de va. dixit valet hoc emplastrum quod vocatur emplastrum de polipodio. ℞. polipodij recentis ⁊ coquatur: ⁊ postea cū assungia anatis ponatur: ⁊ confert tumoribus qui propter emoroidas eueniunt. ℂ Ad idem valet emplastrum de pomis suprapositum in capitulo de apatibus testiculorum. ℂ Si autem ex istis non resoluat̄ fiant maturativa dicta superius: saluo tamen qp in maturatiuis alijs p̄o isto loco addatur tassius barbassius quoniam proprietatem maximam habet ad hoc. Item ponatur in eo mellilotum ⁊ fenugrecum que ad ipsum virtutē habent. ℂ facta maturatione adhuc non cōpleta bñ fiat incisio timore fistule ⁊ in tali loco apertiones fiant semilunares vt sanies melius exeat ⁊ hoc facto mundificetur ⁊ i carnetur vt dictum est.

ℂ Quarta itentio est accidens remouere qz dolorez: si ergo hic fit dolor tūc valēt que dicta sunt in capitulo ō apate sanioso virge. vltra hec valent ista. ℂ Primo vitellus oui cū croco. ℂ Secundo vz albumen oui cū oleo ro. cō quassatum. ℂ Tertio valz vitellū oui cū mellicrato ⁊ oleo ro. ℂ Quarto valet vitellū oui cū albumine cōquassati sit ⁊ loquor de dolore facto a mala cōplexione calida. ℂ Dic nota qp ista que dicentur in capitulo de tumoribus emoroidarū hic valent qz emplastra ista ab inuicem pergrantur. si autem dolor sit ex materia conculcata vide que dicta sunt in primo libro capitulo de flegmone.

ℂ De apostemate frido ani. CA. II.

Si autem mā ista sit frida signa sūt manifesta ⁊ dicta ⁊ cause silr dicta ⁊ purgatio fiat vt dictū ē i capitul' immediatis. s. in capitulo ō apate ossei ⁊ de apate testiculoz ⁊ ēt virge. quare ⁊ cetera di cā tñ hic ppauca qz que dicta sunt immediate. s. in declinatione apatis huius loci calidi valēt ēt hic. ℂ Dicunt alīq qp ad infrigidationem frigidam ani maxime valz ruta cocta in aceto ⁊ aqua ⁊ bibita ⁊ adhuc magis valet. si sit cocta cum oleo. ℂ Confert etiam apostematibus ani frigidis ⁊ ventosis vnguentum factum ex oleo de cherua ⁊ iunctum. ℂ Et Auicenna dixit: qp flos squinanti confert frigidis. ℂ Et nota bene qp in capitulis prelectis habes multa simplicia ex qbus mixta cōposita possunt fieri quare ex te considera compositionem ⁊ ordina secundum necessitatem.

ℂ De duricie ani. CA. III.

Vt moris est frequenter in ano vt i alijs ptibus fiunt apata dura pp cām assignatam in alijs apatib⁹ duris quare illas reseco. ℂ In cura ista habes tres vt sepe dictum est. Prima ⁊ secunda fiant vt dictum est i alijs apostematibus duris. ℂ De tertio dixit Serapio. pix būida maturat apostemata dura plus satis ℈ ȝ faciat ficca mixta cum mirrha equali ꝑ portiōe duricies matricis ⁊ ani. ℂ Multa autem dicta sunt in capitulo de duricie membroum genitalium ⁊ similiter in primo libro que hic valent quare vereor illa non recapitulare plus. vide ergo illic que dicta sunt ⁊ secundum necessitatem approximaueris.

ℂ De moro. CA. IIII.

Dicet in primo libro sit facta mētio ꝙ moro: qz tñ acc dit in ano: est tumor preter nām: dicam q̄ illic non sunt dicta ꝛ resecabo q̄ illic dicta sunt: morus nō est nisi ex. rescētia carnis que moro assimilat ꝛ ideo dicit morus. ℭ Aut. sic dixit de eo. sicla cōfert mu ro emplastro fcō cum ea resolutione sua. ℭ Dixit ēt ruto cum nitro ponit supra morfeam albam ꝛ super verucas ꝛ mox. ℭ Dixit ēt: capita sardelarū adusta eradicant ve rucas ꝛ mox. ℭ Dixit ēt. fel asini silvestris eradicat mo rum. ℭ Serapio dixit: qñ fit emplz cū thimo ꝛ aceto cuel lit emoroidas q̄ fiunt in ano ꝛ verucas ꝛ absendit excre scentia mala. Et Bar. dixit. vt sic positum ē cuellit siue ꝙ sumit emoroidas. ℭ Dixit ēt Serapio. de chonchilio ma rino a quo accipiuntur blacte bisantie qꝛ qñ ipsius aduri tur cū eo qꝛ ē inter ipsum ꝛ pomi sup carnez supfluā cor rodit ipsaz: ꝛ puto qꝛ logtur de moro. ℭ Haliabas dixit. co:pe mundificato ꝛ non alr sanguisuge applicate ꝙsunt saphari ꝛ moro ꝛ ipetigini ꝛ serpigini. ℭ Rasis dixit. em plr factum ex stercore ouis cum melle superpositus car ni eminenti que dicit chacur removet eaz. ℭ Guil. ō va rignana dixit succus thimi curat morum appositus ꝛ ci nis eius adhuc fortius hoc facit propter exiccationem su am. ℭ Salienus dixit: stercus ouis cum melle ꝛ aceto su perpositum ad illud vz. ℭ Unguentuz de pomis scriptuz supra in capitulo de apostemanibus virge hic valet.

ℭ De ficu in ano. CA. V.

Ficus vt dicunt doctores fit ex mā melancolica grossa q̄ descendit ad lo c a illa ꝛ convertit in carnositatez. ℭ Signa co rum sunt fici. habent pdē ꝛ figura fici. ꝛ non emittunt sanguinem neqz humiditatem aliqñ tñ ab eis emanat aliqua humiditas. ℭ In cura ista habes tres intentiones. Prima est in vita Secunda. in purgatione. Tertia in localibus.

ℭ Dieta illorum sit talis. Respiciant se a rebus grossis ꝛ melancolicis: ꝛ comedant carnes bonas ꝛ vinum odori ferum bibant: ꝛ comedant alia similia istis.

ℭ Secunda intentio ꝓpletur hoc mō. purgēt cū cōfectio ne ameb cū pillulis de lapide lazuli aut icra ,ruffini vl cū decoctione ista. ℞. prunoz. ʒ. j. cassie thimi epithimi sene. añ. ʒ. ij. mirabolanoruz indoruz. ʒ. j. polipodij. ʒ. ij. pistentur ꝛ buliant ī. vi. ℥. aque ꝛ non remaneāt nisi tres ꝛ collentur ꝛ colature addantur zucheri. ʒ. ij. ꝛ sucharuz permittatur liquefieri ꝛ iterum colletur ꝛ ꝺ totum detur bibere de mane patienti.

ℭ Tertia intentio completur ꝺ modo. Et fidelis dixit. si ficus sit intrinsecus succus pimpinelle va potui. Si autē sit de foris potēt ꝛ emplastretur. Dixit etiam: cinis corti cum granatorū. salicis cum aceto potatus: verucas ꝛ po ros tollit: quod ego sum expertus. ℭ Si autem ficus san guinet tunc dicit fidelis qꝛ quādoqz folium cū lacte capri no bibat ꝙ triduum. ℭ Chira. dixit. si caput merulle ꝛ ē piscis sit ꝓbustus ꝛ suppositus ficus ꝛ ragadias ani curat. ℭ Jē dixit cephalici piscis caput passum ꝛ cōbustū ꝛ cuz melle iunctum ficus tollit ꝛ emoroidas curat. ℭ Sertus plato dixit quod cinis capitis canis summe facit rēpme re ficum. ℭ Adducatur autem quod dictū est supra. ſ. em plastrum de pomis. ℭ Si autēper illuz modū non curēt tunc ligetur cuz filo tali stringendo qꝛ scindat vel remo ueat cum ferro: qꝛ incidatur vel cauterizet. ꝺ pacto cōso lideur locus ꝛ incarnetur. ℭ Si aūt ficus sit ad intra tūc in loco apponat ventosa: qꝛ inuersabit anū: ꝛ tunc appa rebit ficus: ꝛ cum apparet fac vt dictum est supra.

ℭ De tumoribus emoroidarū. CA. VI.

Consequēs sermo erit ō tumoribꝰ q̄ cānt in ano ex emo roidibꝰ. Tumet ergo aliqñ ex mā melācoli ca grossa illuc currēte: q tumor idiget remo tōe cū exiccātibꝰ: q tumor ēt pōt vocari apa

tic dcm̄ ē de hernia aquosa. ℭ Dieta ordinata ꝛ facta pur gatione fiat vt dictū est in alio capitulo precedenti. ℭ Di cunt doctores de tertia intentione. Et primo Alchimus di rit: qui semen aneti biberit. ꝛ fecerit emplr super emoroi dā excrescentem curat siue sanat eam. ℭ Diascorides dixit semen aneti in cathaplasmate adhibitus condilomata sol vit idest tales tumores. ℭ Et dixit: semen partarie catha plasmatū condilomata spargit. ℭ Dixit etiam: citonia cru da cataplasmata ad sanitatem ducit tumentes etiam emo roidas. ℭ Secūdum aliquos magistros sanant folia ꝛ sti pites marubij quod declinat ad rubeum. preparentur. vt Diascorides dixit de prasio siue ō foliis marubij nigri qñ sub cinere calido dimittitur donec fiat sicut marcida ꝛ ap ponatur sanant condilomata. Appuleius dixit: herbā ma rubij combure ꝛ cinerem eius cōfrica condilomata. sana bis mirifice. ℭ Dixit iteruz diascorides. plātago minor ta le depremit. ℭ Dixit ēt. cinis vinacie ꝛ fermentorum vitis cum aceto malaratus ꝛ impositus tollit tumorem emoroi darum ꝛ condilomata ꝛ morum. ℭ Dixit etiam: oleum mir tinum valet talibus tumoribus. Et Barto. dixit: qꝛ hoc fiat in principio. ℭ Dixit etiam: de radice rubi qꝛ condilo mata soluit. Barth. intellexit hoc de eliratura eius. ℭ Et Diascorides subdit qꝛ emoroidibus subuenit suppositā. Appullcius dixit herba rubi in vino vsqz ad consumptio nem tertie partis de eodem vino foucbit condilomata ꝛ omnia vitia sanat. ℭ Dixit etiam diascorides de ouo. ouū dolorem vel condilomata ani ad sanitatez perducit. Bar tholomeus intelligit de ouo crudo mixto cum croco. Et Serapio dixit. vitellum ouī eliratum quando miscetur ei mellilotum confert apatibus ani ꝛ apatibus emoroidarū. ℭ Serapio dicit. emplr factus ex foliis rosmarini coctis in vino vel oleo: ꝛ impositis valet. ℭ Et diascorides dicit. inde confert etiam radix pentaphilon in aceto cocta ꝛ trita pigvedine anatis vel galline ꝛ superposita. ℭ Dicit etiā Serapio emplastrum factum ex polipodio confert. dias corides dicit de radice eius. condilomata ani soluit. Et Bartholomeus dicit qꝛ sit recens ꝛ coquatur cum assun gia anatis: misceatur ꝛ superponatur: ꝛ ꝓfert tumoribus qui propter emoroidas eueniunt. ℭ Dicit etiaz serapio qñ fit emplr cum thimo ꝛ aceto euellit emoroidas que fiunt in ano ꝛ verucas ꝛ absendit super excrescentia mala. Et Bartholomeus dicit qꝛ sic impositum consumit emoroi das. ℭ Jsaac dicit porrum coctum in aqua ꝛ super emo roidas cataplasmatum tumorez ex humiditate soluit. Al chimus dicit. fumus semis porrozuz desiccat emoroidas. ℭ Et dicit vt iste vir cum anacardo suffumigant emoroi des ꝛ exiccantur. ℭ Dicit etiam Alchimus: contra emoroi das ꝛ ficus yarus ꝛ tassus barbassus coquantur in vino vel aqua ꝛ fiat encatisma. i. balneuz vel fomentatio. ℭ Di cit. erugo ferri ē stiptica quare superposita extinguit fluxū sanguinis ꝛ exiccat emoroidas. ℭ Chiraus dicit. fimus canis cum terbentina superpositus condilomata ꝛ emoroi das curat. ℭ Et dicit. etiam. stercus muris superaspersuz cragodas. i. emoroidas valet in trib⁹ vicib⁹: os ām eas pe liniri cum vino. ℭ Dicunt aliqui. vernix condilomata ani cōpescit. Et Bartho. dicit qꝛ sit mirra cum oleo. ℭ Et Al chimus dicit. qꝛ ꝺ facit qñ suffumigatur. ℭ Oleum de cu cumere asinino valet fiat iunctio ℭ Gui. de varignana di cit auripigmentum cum oleo ro. mirrū ꝛ iunctuz emoroi dibus ꝙdest. Et serapio dicit. qꝛ sit ꝓbustum cōfert emo roidibus ꝛ bothor ani. ℭ Et Constantinus dicit qꝛ pustu las ani ꝛ emoroidas sanat vnguēti. diascorides dicē ō po mis suppositū hic valz ad emoroidas tumētes q̄ sūt sicut morus. ℭ Scio ꝛ alij magistri sciūt ꝺ cōferre. ℞. pigvedi nis anatis anseris ꝛ galline. añ. dissoluāt ꝛ tūc cū alba rasina pini ꝛ olibano ꝛ galbāo ꝛ cū oleo ro. qꝰ sufficit fiat vnguētū ꝛ cera. ℭ Linis buffonis i hoc ēt multū valet aspsus ꝛ cū aliquo liquore ꝛ sine cōdilomata exiccat ꝛ dolo rē tollit exptū ē. ℭ Et assiduatio lauationis ipsaz cū vri na propria patiētis istas uire exiccat ꝛ dolorē sedat. ꝛ est

experimm. ℂ Dillefolium contusum cuz albumine ouí applicetur frangit.n. statim ẽmoroidas demum cum sola assungia porcina mũgatur. vltimo ãt sal cum assungia porci teratur ita q̃ mordeat ⁊ ex hoc emoroides si sunt extra fricenť. si vero intus sunt cum digito intus mittantur fricando fortiter versus spinam. ℂ Si autez volumus rupturam condilomatus precipit fidelis ⁊ dicit pluis hermodactilorum quando conficitur cum succo marubij rumpit emoroidas tumentes: ⁊ idem facit radix aristologie cum origano emplastrata.

Tractatus XXXIII.

ꝺ apostema tibus coratum ⁊ genu ⁊ tibiarum.

ℂ De tumorib⁹ genuũ vl' corarũ sanioſis. CA. I.

APostemata corax ⁊ tibiax nõ variať ab alijs curationibus aliorum apatum. Saluo q̃ ante rotulam genu non fiant apitiones ꝓfunde q̃ ad hec sequuntur mala accidentia: a quibus pauci liberantur vt dicit Jamerius, ⁊ Auic, ⁊ isti ꝺ experimento suo confirmant. ℂ Et talium signa manifesta sunt ex dictis in capitulo de apatibus humox ⁊ ex alioñ dictis ⁊ cãe ẽt ex isto manifeste sunt capitulo. ℂ In dieta ⁊ purgatione fiat vt dictum est in illo capitulo ⁊ alijs similibus. Saluo tñ q̃ flõmia i istis aliq̃ fit ꝺ vena pedis in localibus ẽt fiat vt dictũ ẽ illic. Et i incisione ꝺsiderãť cõcatenationes ⁊ involutiones neruoꝝ chordarũ ⁊ ligamentoꝝ illius loci: q̃ valde timorosum ẽ ⁊ fiãt incisiões scõm rugas: vt dicit gui. ꝺ salice. ⁊ nõ ꝓfunde ⁊ sic melius periculũ euitabitur ⁊ si in tibia core fiãt scõz rectũ ĩcidať.

ℂ Secunda intentio completur hoc modo. sedet sternutatio ⁊ sedatur sternutatio sm Guil. ve va. cum aliam⁹ patientem subito vistrahitur pp accidentia aie subito aduenientia sibi sicut gaudio ira solliciludine vel timore ⁊ similibus. ℂ Sera. dixit. q̃ cã sternutationis est frida odorationes calide sint ⁊ inunctiones oculoz calẽ ad caput conferunt: ⁊ similiter etiam odorationes simplicium calidorum: vt galle camo. ⁊ similium. ℂ Et dixit etiam. ſi olea calida ponantur in nares sternutationes sedãt. ℂ Et Ysaac dixit. q cum causa sternutationis frigida succus basilici a proprietate illam sedat. ℂ Et Mesue dixit. cum causa sternutationis est calida olea frigida naribus attracta aut capiti infusa aut naribus immissa illã tollunt sicut est oleũ ro.

¶ oleum de salicibus, ¶ oleum de cucurbita. ¶ similia.

¶ De fetore nasi. CA. V.

Fetor anhelitus est corruptio aeris ercuntis ex naribus ¶ ab ore q̄ q̄nq; fit p eām in naribus exītem: vt sunt corruptiones aut putrefactiones ¶ vlcera narium gingiuarū dētiū ¶ membroꝝ ꝓpinquoꝝ. ¶ Et aliq̄n fit pp cām delegatam a stō ¶ pectore: vt quarto de accidenti dicebat ¶ ētia cerebro i ꝓposito de fetore nasi sit sermo. ¶ Signum q̄ fetor sit in naribꝫ hō hoc mō: teneat ille os plenum aqua: ¶ tunc si sentiet fetorez ore existente pleno a cerebro ꝓcedēt: ¶ cum hoc iste fetor ꝓtimat, ¶ iudicat̄ q̄ materia sit calā p ardorem ¶ puncturam. Et iudicatur frida p ꝓpriationez corūdē. Nota tñ fetor anhelitus pp stricturam foraminum colatorij est incurabilis.

In cura ista hēs duas intentiones. ꝑma est i purgatione. Secunda in localibus.

¶ ꝑma cōplet̄ cū purgō ne fm materiaz peccantem vt dctū ē. Dicta eius sit talis. Caucant itti ab oi re putrescibili vt est malus panis mala caro viscosa paludosa: ¶ pisces ¶ lac ticinia: ¶ fruct⁹ molles: ¶ olera cucurbite: ¶ caules: ¶ maxime artplices: ¶ legumia: ¶ oia brodia: ¶ cepe ¶ allea. Bona aūt eis sunt oia acria ¶ acetosa: velut grana ta: arātia: acetū perdices: auicule parue: citonia: pira: coriandrum preparatū: reprimunt nanq; vapores: ¶ hoc voluit Rai. Insuper vtantur apio, nam vt dicit Ra, ei⁹ frequens comestio oibus alijs melior extitit. Et sic rami mirte cum passulis: vt dicit aui. sunt ad hoc preciosi. Salaia ¶ maiorana iter herbas obtinēt principatum. aromaticū ro. multum vz. Tragea etiam in qua sit de gariofilis ire os cinamomo ciperis calamo aroma. citro folijs mirti ¶ lauri: riloaloes: sandalis ro. siccarum ro. valet. isti tales sint sobrij ¶ locio pedum sit crebra.

¶ Secūda intentio ꝓplet̄ b mō. si fetor procedat rōne vlceris vel opilationis pustule curātur vt tam i ꝓpriis caplis dictum est. ¶ Lōe tñ est oibus fetoribus mundificare ¶ abstergere nares ¶ os ¶ vias anhelitus appropriatas ad hoc. ¶ Et ad b laudat ysd. collutionē cum vino odorifero. deinde cum vino decoctiōis myrti ciperi ¶ calami aro. riloaloes mirre ro. salis gēme. ¶ Et Ra. ponit gllā spicam gariofilum ¶ vrina asinoꝝ est suprema in b: vt dixit ysd. ¶ Et intromissio tentarum factarum cum pulue re ierepigre. ʒ. iiij. calami aromattici mirre gariofiloꝝ spice foliꝫ squinanti. aā. ʒ. ij. conficiantur cū vino bono ē bona vt dicit. ¶ Et si ista non valent patient⁹ occultent ferorem cum pillulis Aui. cuius forma est ista. ℞. gariofiloꝝ galāge aā. ʒ. j. ʒ. piretri. ʒ. ij. aloes. ʒ. ij. fiāt pille cū vino de qb⁹ oi mane transglutiant̄ .ij. alie. ij. in ore teneant̄.

¶ Modo loquar de simplicibus vt mei moris esse cōfert fm aui, zimaris ꝑsumptum cum aceto ¶ sale arino, ¶ alumine: cum teritur ¶ sufflantur in naribus: ¶ implcatur os q̄ ne ven tūt ad gutt̄. ꝓhibet fetorē narium ¶ vlcera mala i ipsis. Dixit etiam piper insufflatum valet vt etiam ipse dixit. Et vicit, vrina camelli valet fetori narium. ¶ Sera. dixit: q̄n sumitur succus cussus nigre ¶ ponitur in naso purgat fetorem putridum qui est in eo. Et Apul. dixit. q̄ succus sit bene colatus. ¶ Gui. de va. dixit. ¶ hoc sum expertus. ¶ Et direrunt aliqui veteres. q̄ collirium factum ex succo ireos fetorem narium tollit.

Tractatus. IX. de dispositionibus aurium.

¶ De surditate auris ¶ cum b loquar de aliquibus vlceribus passionibus auris. CA. I.

Banuis pfectis dialibus de pō auditiua ꝓuiderit de⁹: cuiusq; in instro vt eoz natura in gñe sit pfecta: hōi tñ pp doctrinam ¶ scientiam que excedit alia cuncta: necessari⁹ maxime fuit sensus auditus sensus, n. doctrine dī. nam q̄ per ipsum maxime doctrina aquiritur, Jurta Gal, dicentē: potior est doctrina que vere inuenta sit: cuius instrumento quod est auris sicut ¶ alijs partib⁹ corporis possunt accidere nocumēta de quibus deinceps dicemus. Incipiens itq; primo a surditate auris. Dico nāq; dispositio maxime ¶ propie operationi auris vī obsistere: cum auris instrumentuz ꝓprium sit auditus. Et primo debes notare aliqua. ꝑmo q̄ egritudines aurium vt dicit Gal, quarto de accidenti sic se habent q̄ aliq̄e sunt in instrumento auditus, quedam in coadiuuantibus particulis que sunt foramen anfractus ¶ subest auricule. Quedam sunt in virtute a cerebro descendente: ¶ iste egritudines aut fm discrasiam maxime frigidam, vt dixit Aui, aut fm solutionem vnionis p cipue vt vlcera: aut secundum obstructionem ab intrinseco factam ab apostemate vel alio liquore: ¶ vētositate seu sanie vel sorde verme seu veruca: aut carnoso vel pannieuloso germine supernutrito. Et etiaz ab extrinseco velut ab arena pullice: aut lapillis seu nucleis: ¶ aqua subingressa: ex quibus apparet manifeste q̄ cāe egritudinum aurium quedam sunt primitiue vt casus ¶ percussio ¶ regiminis malicia: quedam antecedentes vt mali humores vaporosi.

Cause cōuenere sunt res i aure cōgregate. Et ista talia q̄n sunt ex natura particule sunt ꝓprie tales. Quando autem veniunt aliunde velut a stomaco vel capite sunt compassionales ¶ communicate.

Signa passionum aurū que cum in ipsis concauitatibus auris fiunt que videntur. sciētia demonstratiua logica non indigent cognitōe: vt Galienus quarto interiorum. Que autem non apparent per nocumentum auditus comprehenduntur. nam qui non audiunt paruas voces neq; vir magnas surdi sunt: aut paulatine surdi efficiuntur. ¶ Qui autem apprehendunt sonos fantasticos pluuiosos ¶ tāgurosos: seu sibilosos tinnitum patiuntur: propter auditiones seu permutationes audiū⁹ vt dicit Galie. ¶ aui. ¶ Causa a qua fit designatura suis sinthomatibus: vt si ab apate est cum febre ¶ dolore ¶ grauitatibus atq; pulsationibus ¶ alijs accidentibus dictis superius in aurium apatibus. Si vero sit materia frigida sentitur grauitas cum friditate. Et si calida ardor: ¶ pūctura ¶ antecessit fluxus sanguis: aut febris colerica cuius materia ascendit ad aures: vt in quarto dicebatur aphoris. Si est a ventositate est cum sono ¶ sonitu. ¶ Si autez fuerit a veruca aut a re aliqua ingressa scitur per patientem ¶ per inspectionem ad solem trahendo aurem ¶ amplificando cum speculo: aut alio instrumento. Vel si fuerit aliqd vt alal per eius motuz cognoscitur. Si est ab vlcere ē pruritus doloroſus. ¶ Judicatur per aui. q̄ surditas naturalis a quacunq; cā preterq̄z ab opilatione superficiali extrinseca: curat̄ ¶ illa que est accidentalis cronica vnoꝝ annoꝝ: ¶ que est ex cicatrice vel ex apostemate indurato non curatur. ¶ Judicatur etiam q̄ surditas accidentalis non antiqua que quandoq; interpolatur: ¶ alienationem hz potest curari: preterea innuit ꝑocras in quarta aphorismorum. quibuscunq; surditas fit felleis egestionibus superuenientibus quieuit. intelligit autem hoc de accidentali que fit a febre ex colere ascensione.

In cura surditatis habes duas intētiones. ꝑma est in dieta ¶ purgatione. Secunda est in locabilis.

¶ ꝑma intentio completur sicut dictum est secundo libro de apostematibus eius: ¶ similiter dolor eodem modo remouendr.

¶ Secunda intentio sic completur, ¶ primo debes notare aliquas regulas valde vtiles: bonas. ¶ ꝑma regula ē q̄ nihil particulare fiat in aure specialiter acutum ¶ doloroſum ante q̄z corpus sit euacuatū. ¶ Secunda est q̄ oēs operationes aurium que perueniunt precipue ad intrinseca fiāt suauiter ¶ indoloroſe propter neruuz interius complatatū. ¶ Tertia est q̄ oia que ponunt̄ i auri⁹ sint tepida non cala neq; frida excessiu. ¶ Quarta est q̄ sint ligda vt melius intrent ¶ euacuent̄. ¶ Quinta est q̄ iniectū, nō

stet intra vltra tres horas. ℂ Sexta est. q̄ posit⁹ ꝫ lfuerint iniecta stent ⁊ iaceant sup̄ partem sanam: ⁊ cooperiatur foramen auris cum lana aut cothone. ℂ Septima q̄ nihil imponatur quouslz impositum fuerit extractum vertendo se sup̄ partem egram ⁊ mundando cū proba ⁊ pāno soluta aut cothōe ⁊ sternutatione atq; forti spuitione ℂ Octaua est q̄ medicator auriū habeat instrumenta sua apta ad suam operationē: velut sunt stilla curatiua ⁊ lauatoria vncini canulas: ⁊ habeat; lanas cothonē ⁊ spongiam ⁊ viscum prout; sunt necessaria ad suas operationes. ℂ Item his notatis videas causas surditatis si sit apostema vel vicus curetur vt tas, dictus est. ꝫ. in capitulis suis Ja proposito si sermo de surditate pueniēte ratione materie replentis caput. ℂ Fiat ergo suffumigatio cū vino albo decoctionis rute calamenti ysopi sanisici centaure cethonice foliox lauri sticados anisi maratri spice nardi: ⁊ fiat; suffumigatoriū cuz canula ⁊ olla stricti orificij. ℂ Et gal. dicto apollonij iubet apponere vrinā bouis, cū sui tertia parte de aceto. ⁊ parum quidem vegmirrha contrita, ⁊ cum canna stuplse imponatur circumuoluatur cum lana aut panno ne offendat aurem. neq; circonferentias eius. ꝯsequenter tamen practici apponunt oleū de camo. anet de amigd. amaris: ⁊ de costo ⁊ oleum nardinū. ⁊ de rafano: ⁊ aliqui apponunt fel anelpiteris balsamum ⁊ succum rafani depuratum. ℂ Ad eandē intentionē ponit gal. hoc valere. Erhebem ℔. hoc ꝯcidit. ℔. pulpe colloquintide. 3. ij. succi absinthij aristo. añ. 3. ij. costi baruc añ. 3. 5. castorei. ⁊ fiat fiel cū felle vaccino. ⁊ dissoluatur qñ erit necesse cū oleo amigd. ama. ℂ Auí. dixit hoc fore exptū. ℔. castorei. 3. iij. ⁊ nuri. 3. 5. ⁊ fiat cerotus cum succo rafani. ℂ Et alch. dixit. q̄ ābulare mlūm p̄ loca arenosa mlūm cōfert eis ⁊ clamare ⁊ excitare eos cū voce clamosa ē vtile vt dicit auí. vñ dicebat gal. q̄ aures q̄ patiūt dolorem egēt gete vehemēti motu ⁊ ēt trāsmutatione i ptā. dispōnes q̄ patiunt surditatē. ℂ Si surditas fuerit pp sordiē remouentur cum stilo: ⁊ mollificet cum aqua mellita: aut imponantur licinia linea cum melle aut oleo de camomilla. ℂ Loqr mō de simplicib⁹. dimittēs alia multa cōposita vāis nr̄is phisicis. ℂ Et ꝫ auí. si nur sanine bulliat in cacia ferrea cū oleo silamino donec nigrescat: ⁊ ex isto tepido distillet i aure valet ꝫ surditatē ⁊ vocāt hāc babel. tñ dicit q̄ est fructꝰ iuniperi excorticat⁹. aut semē albū q̄ p ducit q̄dā species eius coctus etiā silr in cacia ferrea donec nigrescat in oleo silamino: aut oleo de semine lini: ⁊ instillatus in aurem vehemēter surditati ꝯfert. vt exꝑsse Alch. voluit. ℂ Et dixit ēt. euaporatio auris cū aceto calb surditati confert ⁊ auditū acuit. Sit āt fm Bar. acetū acutum ℂ Et Cōstan. dixit acetū squilliticū in aurem imissuz valet grauitati auditus. ℂ Dixit ēt. sal gēma admisceē melli ⁊ distillatur in aures tepidū ⁊ mundificat cā. ⁊ confortat auditū. Et dixit etiā. castoreū ꝯfert surditati fride. ℂ Bartho. de va. affirmat experimēto q̄ bacae lauri purgate silr possunt decoq; cū oleo anetino ⁊ cū oleo de amigd. amaque silr iniecta in aurē ꝯferunt surditati. Sera. dixit oleū de bacis lauri dolorem tollit auris: ⁊ confortat; auditum ⁊ confert tinnitui. vez cū nigrescūt in cacia ferrea addaē sibi ex succo porroz clarificato quantū est medietas olei: ⁊ si fortius volueris cum bacis lauri ponatur modicum ellebori nigri: aut ex radice ciclaminis. ℂ Dia. dixit. succus bacaz lauri auriū surditatē manere nō finit: ⁊ iconguos sonos cū vino ⁊ oleo ro. adhibitū cōpescit. ℨt Bartho. dixit succus bacaz lauri ēt pōt imponi cum oleo de ben: oleum aūt de ben ⁊ oleum muscellinum sunt idem: confert autē frigiditati ⁊ dolori frigido auris: ⁊ etiam attractus per nares. ℂ Dia. dixit. succus foliozuebuli surdis fomento adhibitus compescit: simili fomentum factum ex decoctione sambuci in aq̄: ⁊ silr succus eius auribus instillatus valet. ℂ Tollit ēt fm Dia. surditatē oleus bulitū i concauitate radicis affodilloz ⁊ auri⁹ iniectū. Est sūt singulare preſidium. ℂ Alchi. dixit. succus cepe instillatus in aurem valet contra surditatē ⁊ tinnitum ⁊ sanies ⁊ aquā cadentem in aurem. ℂ Si aūt in aceto coquaē elleborus niger: ⁊ illud acetum auri inmittatur sibilum tollit. ⁊ vigorat auditum: hoc aūt fiat dixit gui. de va. cuz de plenitudine cerebri non timeē: q̄ certe verum sepe fumus experti. Aui. dixit absolute q̄ eius decoctio distilleē i aurē. ℂ Lon. dixit sic. absinthiū tritum cum felle taurino ⁊ auribus iniectum: auditum cōfortat: ⁊ sonitum ab eis excludit. ℂ Aliqui dixerunt. radix vinę albe ⁊ nigre ferentis vinum est in hoc casu eximia medicina. ℂ Dixit ēt Lon. pinguedo piscium vz surditati ⁊ dolori auriū ⁊ intromittatur ℂ Ebrā. dixit. fel leporis cum adipe vulpis liquefactum surditatē sanat. ℂ Ra. dixit cerebrum leporis cum oleo ⁊ in aurem instillatū auditū reuocat. ⁊ dixit. ⁊ cerebrū leōis cum oleo liquefactū: ⁊ in aure dolente instillatum auditum reuocat. Et dixit ēt. sanguis lupi confert surditati per mirtus cum oleo nucis ⁊ in aurem instillatus.

ℂ De sonitu aurium. CA. II.

SOnitus ⁊ sibilus cātur in aure sepe ⁊ in multis reperitur ℙ passio. Cātur aūt a materia ventosa erīte i cerebro que frāgit aerem ꝯsonalē auris: ex cui⁹ ꝯfractione causatur sonus. ℂ Cātur ēt a materia ventosa eriſtente in stō ⁊ ascendente ad ipsum caput ⁊ refrangit aerem illum ꝯsonalem auris ⁊ vocatur sonus ⁊ sibillus. ℂ Cātur ēt ex acuitate sensus: ⁊ subtilitate spiritaum: ⁊ hoc maxime causatur in ieiuno. hoc autem remouetur cum ingrossantibus spiritum ⁊ ipsos sensus ⁊ cum modico. opij proiecto in aure q̄ ingrossat sensum. Est tñ sepe periculum sed cū alijs fridis possumus facere.

In cura sonitāti a materia ventosa habes duas intentiones. ℨPrima est cūatio ⁊ victa. Secunda est in localibus.

ℂ ℨPrima ꝯplēē isto mō. respiciat se a reb⁹ flāticis: ⁊ a rebus multiplicātibus vētositates. vtāē ergo siccis. purgatio fiat cū terapigra vel cū cochis pillulis vel cū fera vel cum aureis fm tñ necessitatē. Vz ēt multum vsus auree alexandrine factis purgationibus qua sum sepe vsus.

ℂ Secūda intentio ꝯplēē hoc mō. ⁊ primo vz oleū de rafano: oleū costinū: oleū de castoreo: oleum scorpionū: ⁊ oia etiā alia victa i pcedenti capitulo. ℂ Item vz decoctio bethonice ⁊ foliorum lauri: ⁊ bacarum eius: ⁊ sanisici: centaurec: ⁊ feniculi. ⁊ margeri bulita in vino. deinde fiat suffumigium per cannā mō victo i alio cā. ℂ Item vz oleum in q̄ bulitum sit castoreum. Vz etiam oleum de bacis lauri: vz succus bacaz lauri. ℂ Lon. dixit sal armoniacum cuz aceto mirtum auribus instillatum sonitum grauitatē ⁊ vētositatem aufert. humiditatem ēt ad os currentem deficcat. ℂ Ego credo q̄ ola simplicia p̄ maiori parte ⁊ cōposita victa supra in pcedenti capitulo hic valent. quare recurre ad ca. prelectum pro cura ista: ⁊ ista. ℔ nō recapitulo. ⁊ mlta ēt direxunt vāi phisici: ⁊ spāliter tadeus de hac passione consilium fecit. quare ad eos pro alijs recurre.

ℂ De humiditatib⁹ ab aure descendētib⁹. CA. III.

SEpe humiditates quedam emanant ab auribus que sanies ꝓprie nō sunt: sed alie humiditates vt in aliqbus sepe vidi. ista autez indecozāt hoīem: quare de eis lz loqui. victa ⁊ purgatione facta: vt dixi in alijs capitulis precedentibus. venio ad secundam intentionez. ℂ Antiqui aliqui diterunt q̄ oleum de ireos auribus cuz aceto immissum phibet fluxū mlex. ℂ Et direxūt q̄ oleū canaplis tepidū imissus a ꝓprietate hūiditates auris exiccat. ℂ Sera. dixit. q̄ terbentina miscetur cū melle ⁊ oleo confert humiditatibus emanantibus ab aure ⁊ pruritui. ℂ Et Bartho. dixit q̄ sit oleum amigda. amara. ⁊ q̄ omnium sint partes equales. ℂ Dixit etiam. absinthium mixtum cum melle confert auribus a quibus egrediūtur humiditates. Et Constan. dixit succus eius auribus instillatus hūiditates auris fluētes exiccat. ℂ Et Sera. idē dixit.

cum succo cepe distillato in aurem. Et aui. dixit: q̄ distillet̄ in aurem pp̄ grauedinem capitis ⁊ tinnitum: ⁊ putredinem auriū ⁊ aquam. ℂ Dixit ēt Serapi. q̄ oīa alumina ⁊ ꝓprie ianuenum mirta cum oleo ⁊ succo virge pastoris ꝓferunt cursui humiditatū aurium. Et Bar. dixit ſm ſniam Dia. ⁊ ēt Almansoris q̄ ēt alumis possunt p̄misceri cum succo plantagis. Et vꝫ ēt hoc quando vlcera putrida facta sunt in aure. ℂ Mirrum ēt dissolutum in aqua vl̄ vino aurium humiditates exiccat. Dixit etiam Sera. q̄ſ spuma nitri dissoluitur in aqua vel vino ⁊ distillatur ī aurem confert humiditatibus fluentibus ab ea. ⁊ q̄ſ distillatur cuꝫ acc. mūdificat, fupfluitates q̄ sunt in ea. Et Bar. dixit, q̄ſ superfluitates sunt subtiles distillēt cum vino: ⁊ quando sunt grosse dissoluatur cum aceto. ℂ Dixit Dia. pit ad aurium fluorem cum oleo ro. adhibeē. ℂ Dixit ēt. mirra cum vino mirta aurium fluores curat. ℂ Dixit ēt. de croco fluoribus auris cum lacte conuenit. Et Bar. ī telligit b̄ de radicibus. ℂ Aliqui antiqui direrunt q̄ vinum stipticum in quo folia vel flores salicis sint bullita ⁊ corter eius ītromissa auri hūiditates eius exiccat. ℂ Aui. dixit succus aneti confert doloti auris melancolico: ⁊ de ficcat humiditates eius. ℂ Et dixit ēt. succus funis pauperū confert materiei attracte ad aurem ſi est antiqua ⁊ vlceriб̄ antiquis. ℂ Et dixit etiam succus filuestriuꝫ olinarum exiccatur ⁊ fiunt ex eis trocſci: ⁊ reseruantur ad curādum fluxum auris.

ℂ De fluxu sanguinis ab aure. CA. IIII.

Sanguis ab aure sepe egredit̄ur: ⁊ q̄liter succurrat̄ dicā vt mlri antiqui direrunt. ℂ Dia, dixit, succus foliorum oleandri fluoti sanguis atq; auriū humoꝛi siue oris conuenit: facit ēt ad sanguinez narium. Et Bar. dixit q̄ ſit cū vio cōfectus. ℂ Lō. dixit. succus virge pastoris auribus instillat̄ pustulas purgat. ⁊ sanguinē ab eis fluentem desiccat. ℂ Et aui. videē velle q̄ ſponat̄ cū vino: ⁊ idez dixit de succo arnoglose. ℂ Aui. dixit, succus bedarūgi imissus sicut cauterijs conuenit. ℂ Et dixit etiam q̄ succus porri immissus cum aceto in hoc casu est mirabilis. ℂ Et dixit ēt q̄ fiet memite intromissum sanguinē auriū sistit, ⁊ idē dixit de opio. ℂ Et dixit ēt. liciū imissuꝫ auri sanguini ipſi̊ ꝓfert. ℂ Et dixit ēt coquāt̄ granata cū aceto ⁊ exprimāt̄ur: ⁊ exp̄ssio imittat̄: ⁊ confert huic fluxui. ℂ Et dixit ēt q̄ ex stipticis ꝓfert decoctio gallax cū aqua aut aceto immissa. ℂ Et dixit ēt. q̄ ex stipticis ꝺcoctio rubi ꝓfert q̄ſ misceē cū ea vinū vl̄ acetum. ℂ Et dixit ēt. q̄ decoctio foliorū masticis in ipsa cō fert. ℂ Et dixit ēt. q̄ coagulū leporis cū aceto immissuꝫ est mirabile ī stringē ꝺo sanguinē auriū. ℂ Et dixit ēt. sumāt̄ duo renes taurini ⁊ aliqd adipis saliti: ⁊ assentur media assatione ⁊ aqua eoꝝ exprimat̄ in aurem: ⁊ est expertum. ℂ Rasis dixit, fel turture aquatice: ſi distilletur in aurem cum lacte mulieris sanguinis fluxum stringit.

ℂ De mūdificatōe auriū a sordibus q̄ fiūt ī eis. CA. V.

Multiplicat̄ sordes ipsius in aure q̄ ibi inesse ſm naturam non dꝫ: que q̄liter mundificetur in hoc capitulo nos dicemus: faciunt etenim sepe opilationem auris: ⁊ per ꝓsequens surditatem. ℂ Constāt. In hoc dixit, succus lupuli auribus instillatus mundat eas ab oī putredine. ℂ Aui. dixit, q̄ aures mundificate a talibus sordibus que aggregantur in eis fucc̄ rute calefactus in cortice granati ⁊ auri instillatus: ⁊ sedat ēt dolorē ī sonitu ⁊ tinitu, ⁊ interficit vermes. ℂ Dixit etiaꝫ, ī tromittatur auribus p̄ aliquos dies licinium inuncti cū melle, ⁊ inuolutum ī puluere aristo. ro, nā illas abstergit ⁊ confortat audituꝫ ⁊ ꝓhibet ēt sanie que generatur ī ea. ℂ Dixit ēt. q̄ radix vitis albe ferentis vinū, ⁊ nigre est crimia medicinarum: ⁊ est ex medicinis conferentibus auditui. ℂ Et dixit etiam, radix herbe bircine est ex medicinis abstergentibus sordiciem auris desiccantibus vlcera eius conferentibus odoratui. ℂ Et dixit ēt. salgēma admisceē melli ⁊ administrat̄ tepidū in aure ⁊ mūdificat eā ⁊ desiccat: ⁊ ꝓfert auditū. ℂ Dia. dixit. affronitrum idest nitrū affricanum sordicies auris cum aceto purgat. ℂ Alcbin⁹ dixit. q̄ ellebor⁹ albus est crimia medicinarum mundificantium aurem ⁊ abstergentium sordiciem que est in ea ℂ Aui. etiam dixit: calcantum est crimia medicinarum mundificantium aurem: ⁊ interficit vermes ⁊ confert doloꝛi eius frigido. ⁊ Bar. dicit q̄ ſit vitriolus quod dicitur colcotar: ⁊ est vitriolum naturale cum melle.

ℂ De vermibus aurium. CA. VI.

Vermes in auribus sepe fiunt ex fluxu materierum ad aures, vel sepe generantur a muccis illic morantibus ratione alicuius vlceris illic existentis ꝓ remotione eorum. ℂ Dia. dixit. oleum bulinum in concauitate radicis affodillorum quousq; ex eo aliqd minuatur iniectum auribus vermes interimit. Oleum etiaꝫ de amigdalis amaris hoc facit. oleum de scorpionibus ī hoc casu est vna ex medicinis sublimioribus. ℂ Rasis dixit oleum de absinthio auribus iniectum vermes et lumbricos interficit. ℂ Isaac dixit sic. succus frondium persici verminosi ſponas auricule vermes interficit. Et idem dixit Sera. ⁊ ſm Constan. etiam doloꝛem tollit, et idem potest ſm ℳe. oleum nucleorum persicorum. ℂ Apule. dixit herbe mentastri succus cum vino austero ciatis duobus auriculis iniect̄ vermes natos necare dicimus. Gallic. dixit, succus calamēti ⁊ proprie montani auri immissus vermes interficit: ⁊ idem potest succus corticis secundum auicēnā ⁊ Diasco. dixit idem de succo nepite. ℂ Alii bas dixit: ſi succus fumiterre distillatur in auribus vermes qui sunt in eis interficit. ℂ Serapius dixit ſi acetum distilletur in aures vermes interficit. ℂ Et Diasco. dixit: hoc etiam facit vrina hominis antiqua. vrina etiam tauri cum mirrha mirta vermes interficit. ℂ Et Diasco. dixit suc. ebuli auri immiſſ̄ vermes interficit. ℂ Succus ēt cuiuslibet partis feniculi auri immissus confert pruritui ipsius ⁊ vermibus. ℂ Auicenna dixit succus rute calefactus in cortice granati ⁊ auri instillatus mundificat eam ⁊ vermes interficit. ℂ Succus etiam centunnodie distillatus in aurem idem facit secundum auicennā. ℂ Et vinuꝫ decoctionis ellebori albi hoc etiam facit: vt dicunt aliqui antiqui ⁊ expertum est. ℂ Repertum est etiam a me ī hoc casu q̄ ſi auris patientis assungia impleatur porcina ⁊ paciens in sole iaceat super aure patiente ⁊ caput bene cooperiatur pannis ⁊ ibi diu moꝛetur: cum ibi surgit eleuēt assungia vermis, egressi inuenientur assungie adherētes.

Pruritus insequitur continue dispositiones predictas: quare ꝓ remotione dispositionum predictarum fiat sicut dictum est secundum descriptionē ⁊ iudicium operantis ⁊ consequenter ad curam pruritus deueniēs: ⁊ pauca de hoc loquar. ℂ Serapius in hoc dixit, quando ficus ficce coquuntur cum sinapi: ⁊ mittitur decoctio eius in aurem confert tinnitui aurium ⁊ pruritui eorum. Et alchinus dixit, quando ficus teruntur crude et miscentur cum sinapi trita et miscentur cum aqua: et vna gutta distillatur in aurem tollit tinnitū aurium et pruritum. ℂ Et dixit etiam Sera. quando miscetur terbentina cum melle et oleo, confert humiditatibus emanātibus ab aure et pruritui et Bar. dixit: q̄ ſit oleum amigdalarum amararum, et q̄ omnium sint partes equales. Sextus plato dixit apri fel in cortice maligranati tepefactus stillatū auriſ prodesse dicimus doloꝛi ipsarum idem et pruriginem aurium tollit. ℂ Multa etiaꝫ sūt dicta supra ī ca. de sordib⁹ auriū q̄ et b̄ ꝓferāt q̄re cū exp̄di vide. ℂ Multa ēt dicta sūt supra de pruritu palpebrarū et lachrymaliū q̄ ſi ꝺbite approximāē cūt et hic vtilia ꝓsidera ergo hā q̄ oīa ista capitula dicta aliqualiter colligātia habēt. quare alternatim videas cum est opus.

¶ De aqua ingressa in aurem: CA. VIII.

Aqua in aurem sepe cadit ex balneatione ⁊ auditum impedit: idiget ergo amotione. ¶ Et aut. scripsit vt cum cannula fugatoria puerorum fugatur tñ q extrahatur. deinde infundat in aurē oleū amigdalatum dulcium. ¶ Et aliqui dicūt q in virtute ignis caloris ipsa resoluatur. ¶ Aliq capiunt fructū spōgie ligatum cum forti filo ⁊ imittat in aurem: ⁊ post ex ibiderit aliqd de aqua extrahat. ¶ Pauca simplicia inuenio de hoc: ⁊ tō pauca ponā. ¶ Succus cepe imissus ẽm aui. confert ⁊ tollit ⁊ grauedinem capitis: ⁊ aquam que est i aure tollit. ¶ Serrus plato dicit. an serino adipe cum succo cepe mixto bene auricule infundatur ⁊ prodest aque que est in aure. ¶ Verūtñ dico ego plus q conferunt ingenia ꝯ simplices res imisse sicut sternutationes ⁊ succiones.

¶ De lapilo vl' nucleo vel bestiola sic̃ sūt pulices ⁊ papiliones parui lā vidi: ⁊ de hūmōdi ingrediēte aurē. CA. IX.

Extrant autem aurem vel ponuntur res dure vt i pueris que amotione indigent. ¶ Et albucasis in b̃ dicit q si res fixa est introimittatur aliquid de oleo ꝺ violis: ⁊ post pronocetur sternutatio aut tussis aut fortis expultio: ⁊ super pedē a parte auris saltādo vadat: aut fiat ēt cōcussio cū palma. ¶ Juuat ēt ad b̃ alargare ⁊ trahere aurē cum oī ingeniositate. ¶ Et si b̃ nō vsq; illuc stillus: aut ꝓba cum aliquo viscoso: ⁊ ipoua. ⁊ si b̃ non valeret extrahatur cum moletis aut cum vncino lato pauce plicatibis. ¶ Si istis modis lapillus non possit haberi ⁊ sit timor ꝺ apate vel spasmo precipiunt magistri q in radice auris incidatur in figura lunari vsq; ad lapidem: ⁊ ipso extracto suatur: ⁊ incarnetur locus vt in alijs vulneribus est dictū. Si āt non fit timor de spasmo ⁊ lapis non possit haberi modis predictis operationi nāe dimittatur: ⁊ aliquando ego feci. ¶ Si autem fuerit res aut granū q̃ postea ingrossatur vult albucasis q si non possit extrahi cum ingenijs q cum aliquo spammine subtili frustatim incidatur: deinde cum moletis extrahatur. ¶ Si āt fuerit alaĝ nō possit extrahi vinum vult albucasis q distilletur in aure aqua in qua dissolutus est aloes aut succus absinthij: aut calamenti: aut acetum forte. ⁊ ipso mortuo extrahatur cum ingenijs iam dictis: aut cum impletiõe aque.

¶ De veruca seu carne aurē opilante. CA. X.

Veruca accidit sepe in aure ⁊ caro. superflua impedies auditū ⁊ indecorans hominem indiget ergo amotiõe. ¶ Veruca ⁊ caro superflua removetur cum ligaria aut cū spatumine apprehendendo cum uncino aut cum cauterio actuali vel potentiali facto ꝺ removetur residuum cū vnguento viridi aut cuz aliquo alio leui corrosiuo. deinde cōsolidetur locus vt sepe dictum est. ¶ Si opilatio valde sit intrinseca difficile est b̃ ingeniuz. Verum albucasis iubet eam aperire cum cauterio actuali ⁊ caue ne nerui vlcerentur quoniam periculum esset.

Tractatus. X. de dispõe eris ⁊ partiū ei⁹. ⁊ primo de dentibus.

¶ De dispõib⁹ dētiū ⁊ de corrosiõe in vl̃. CA. I

Equidē i aialibus cēm hꝫ vtilitatē vt per ipm aialia alimētū assumāt. pficiūt āt aialia plurima suas voces ⁊ sonos ꝑ ipm. hō vero solū ꝑ ipsum profert sermonē: quod sibi iter aialiā ꝓprius erat. Deinceps ergo de dispõnibus dicamus suarum partium. ¶ Qñ aūt os de se nihil positū est sed cōcauitatez quādā iportat circa quā in qua diuersa mēbra ꝓsistūt. Jō tali ordinē seruabo: q de labijs primo nobis occurrētib⁹ nihil i ꝓposito nobis occurrit dre ꝺ eis hic nō loq̃r. Loq̃r ergo p⁹ de dispõib⁹ dētiū q occurrūt. Et p⁹ sermone vl̃ loquar. Deinde particulari. ¶ Passiões dētiū numerant ab Haliabate sermõe. i 4. sue practice dispõnis regolis primi libri scr. Corrosio cōgellatio vomitatio limositas seu feditas casus seu cōmodatio. Apata ꝓprie nō patiuntur: sed res que apostemari similantur. vt dicit auice. ⁊ intelligitur per illa corrosio seu putrefactio: vt tenet cōmunis scola. Verunth dicit Gal. ⁊ aut. habent sensum ⁊ percipiunt dolorem. Sed Haliabas dicit q non habent sensum per se: sed ratione nerui qui ad ipsos venit: de tertio pari neruoz cerebri delegatus. Ebita etiam declarat se Gal. in sermone de vtilitate particulaz. et quibus appareat q non apostemantur proprie: quia dolent nisi ratiõe gingiuarum ⁊ nerui adherentis eis.

Causa aūt passionū ⁊ nocumentoz dentiū ē mala cōplexio ⁊ solo ꝓximitatis ⁊ apata q̃ q̃z fiunt propter cām existentē in dente aut in membris adherentibus eis. Quandoq; ꝓpter cām cōicatam a cerebro: aut a stomaco: aut aliūde vernataz. ⁊ ita in talibus dispositionibus inuent fieri ⁊ factum est. ¶ Et istoz est causa tripler. ꝑmittua vt cāus ⁊ percussio ⁊ malicia regimis. Alice dēs sunt hūores superflui. Cōiuncta ē ipsaz dispō i dēte fca.

Signa passionū dentiū sūt satis nota. oibus enī cuidenter apparēt. perforanē ⁊ corrodūē ⁊ nigri fūt ⁊ corrumpūt: ⁊ q̃q; neqũ calida neqũ frigida tolerāt. ⁊ q̃liq̃ ex altero illoz accidit dolor: ⁊ ad hoc diu nāt nocētia ⁊ cōferētia tps ⁊ regimen preterituz. ¶ Judicatur mō q inter passiones totius corporis de quo homo plus leditur dolor dentiuz est grauior. ¶ Judicat ēt q in flatio genaz in dolore dentium est bonum signum: eo q significat q mā vimittit neruū ⁊ ligamentuz ⁊ ꝓcurritur ad loca carnosa: vt de gutta dicebatur supra.

In corrosione dētiū datur duplex regimē vlc̃ particulare. Universale regimen habet duas intentiones. Una est in vita: ⁊ alia in euacuatione. ¶ In vita quidem sic se habeant non vtātur putrescibilibus sicut pisces ⁊ lacticinia: ⁊ cuiusmodi res excessiue calidas: ⁊ etiam frigidas excessiue precipue immediate vnū post aliud. ⁊ non masticentur res dure vt oslia ⁊ viscosa vt ficus ⁊ confectiones de melle. Non vtatur etiam cibarijs de cuius proprietate est nocere dentibus non curentur etiam dentes exquisite neq; acerbe. fricentur cum melle ⁊ sale adustis. ⁊ si cum eis adderetur acetū esset bonum vt dicebat Haliabas in sermone quinto partis dispositionis regalis. ¶ In purgatione appropriatur iera ⁊ flebotomia de cephalica ⁊ venarum labiorum ⁊ linguae ⁊ diuretice cum fricationibus ⁊ ventosis: ⁊ caput purgis ⁊ deficcatione reumatis ⁊ capitis pro confortatione est bonum: ⁊ ducere flegmatica hamiditates cum piretro masticē etiam est bonum.

¶ Quantum ad regimen particulare debes scire q; sicut re marine barbitonsoribus dentatoribus sunt appropriate. Tutum tamen est q tales opiniones per medicinam dirigantur a medico. Debes secundo scire q oportet medicum scire q consilia dentiuz sunt multiplicia ⁊ fūt multipliciter. per collutionem ⁊ per gargarismata: masticationes: impletiones: vaporationes: linimenta: fricationes: suffumigationes: ⁊ radicationes: cauterizationes: caput purgia: distillationes: ⁊ per manuum operationem. Secundum autem albucasim oportet istos habeē instrumēta vt rasorium raspatorium spatumen rectum ⁊ curuuz ⁊ elevatoriū simplex ⁊ cū duab⁹ ramis tenaculos dētatoes: ⁊ pbas ⁊ limas ⁊ scarpellos ⁊ terebellos ⁊ mlta alia instrumēta.

¶ De dolore dentiū cāto acaliditate. CA. II.

Dolor dētiū fit multis mōis. fit nanq; aliq̃ a mā cal̃a: ⁊ aliq̃ a mā frigida. ⁊ aliq̃ fit rōne collatis alteri⁹ membri ⁊ aliq̃ rōe vmiū. ⁊ aliq̃ fit rōe corruptionis eius. ⁊ de istis istis doloribus loquar. ¶ In dolore fcō a mā calida. factis vniuersalib⁹ dictis l. ca. venio ad localia. ¶ Auicen. dicit: aqua nimis scdat dolorem dentium calidum. ⁊ intelligē q sit in ore retenta. ¶ Dicit etiam sic colluitur os cū succo acetoso ad dentem

dolorosum ⁊ similiter cum decoctione eius in vino, ⁊ sicū dum ipsum est frigida ⁊ sicca in secundo. ℭ Et dixit etiaz aui. Colluitur os ex aceto in quo cutis serpentis decoquitur ad dolorem dentium. ℳesue dixit hoc est nobile medicamen proprietate que est in eo. ℭ Serapio dixit, quando fit cum succo radicum cucurbite collutio confert dolori dentis, ⁊ Bar. dixit qꝫ fiat in principio doloris qz infrigidat temperate. ℭ Et Dias. dixit, succus rasure cucurbite corticum dolorem dentium mitigat si diutius in ore teneat. Verūm aui. sic dixit, qꝫ ex succo cucurbite fit caputpurgium ad dolorem dentium, qꝫ cōfert valde. ℭ Et dixit etiaz Serap. cortex sorbi qñ coqꝫ in aceto cōfert dolori dentium. ℭ Dia. dixi, cortū platani cum vino eliratū, s. cū stiptico ꝓfm Bar. lz cū aceto ꝓfm aui. dolori dentiū medetur. Item folia eius cum aceto cocta dolori dentiuz medent. Ite dixit Gal. de cortice cocto cū aceto, et Bar. dixit, ō succo eius retento in ore dolorē dentium tollit. ⁊ ꝓfm aui. est frida ⁊ sicca planta. ℭ Gal. dixit, de radice tassi barbas si hātis folia alba vel nigra, gargarisant aūt quidam cū in ore ad dentium dolorem. Et Dia. dixit, eliratura tassi barbassi foliorum semine dolorē dētium gargarisino exhibita ꝓpescit. Alch. dixit absolute qñ cū decoctione tassi barbas si abluitur os vz dolori dentium. ℭ Apul. dixit folia oliuarum vtilia sunt ad dolorem dentiuz si doquantur i aceto. ⁊ sunt tēperata ꝓfm ipm in calo ⁊ frido. Sed ꝓz aui. sūt frida. ℭ Decoctio ēt solatri in aceto est in hoc casu experta. ℭ Collutio ēt facta cū radice plātagis ⁊ aceto idem pōt. ⁊ dixit de plantagie minori: ⁊ masticatio huius radicis idez potest ⁊ similiter per oia dicitur de cortice mori. Serap. dixit decoctio corticū ⁊ foliorū mori: qñ fit collutio cū ea cōfert dolori dentiuz. ℭ Fidelis dixit, lactuca i oleo cocta dolorem dentium tollit, ⁊ inunctio facta cuz olco rosaceo dolorem dentium tollit. ℭ Rasis dixit, rana fluuialis coquatur in aqua ⁊ aceto, multum tollit dolorem dentium. Et idem dixit aui. ℭ Dixit etiam: cornu cerui coctum cuz aceto si per os moucē: mouet dolorē. ℭ Aliabas dixit, adeps dolori dentium prodest. ℭ Nota qꝫ in materijs calis non eligetur aliquid supra acetum quod a Gal. in ꝑn. simplicium fuit factum. ⁊ iō Gal. auctoritate archigenis posuit acetū calidum cū calidis ꝙuenire. Unde etiā dicebat aui. in, z. de curatione egritudinum capitis, qꝫ acetū erat cōe oibus materijs. Nā eius infrigidatio pōt frangi a leui cā: ⁊ remanet eius profundatio ⁊ incisio. ⁊ hoc ē cū administratur in rebus fridis. Et ex hoc colligit illud qđ dicitur qꝫ acetum nocet dētibus: qz qñ miscetur cum aliq bus calis perdit operationem illam. ℭ Item valet hoc de mente Serapionis. ℞. semis portulace coriandri sumach lentiū excorticatarum, sandali citri, ro. piretri camphore oium aā. partes equales ⁊ fiāt trocisci cum succo solatri ⁊ ūne dentē dolorosum cū vino dissoluto in aq̄ ro. ℭ Mali. in causa calida imperat acetum cuz aqua ros. aut sumach ⁊ modico camphore, ⁊ multa alia possunt poni que etiam dominis phificis dimitto.

ℭ De dolore dentium facto a cā frida. CA. III.

Sepe fit dolor dētiuz a materia frida: ⁊ de isto dolore multi multa dixerunt. ℭ Et primo loquar de compositis observatis puggationibus ⁊ dicta conuenienti in hoc. ℭ Ego experiētia scio qꝫ collutio fcā cum vino decoctionis vrtice subito dolorem tollit: ⁊ gingiuas ꝓfortat: ⁊ reuma cōpescit. ℭ Scio etiam experiētia qꝫ si fiat collutio cum aceto decoctionis salis cōbusti calido dolorem tollit. ℭ Scitur ēt experientia qꝫ morella frita ⁊ superposita loco empti dolorem dentiuz tollit. ℭ Si ēt ex cinere calcanei vacce fiat linitio in dentibus, confert valde dolori eius. ℭ Aliud ad idē. ℞. paritarie mercurialis mediocriter vsturum, ʒ. xvj. extremitatum origani ireos piretri piperis aā. ʒ. iij. cornu cerui ⁊ caprini aā. ʒ. j. fiat pulvis: de quo fricentur radices dentium humidorum ⁊ nō siccoz. ℭ Aliō. ℞. piperis asse fetide piretri opij mirre castorei partes equales. ⁊ conficiantur cū melle. ℭ Item aq̄ decoctionis solij serpentis zinziberis piretri ⁊ salis ē cōueniens. ℭ ℳodus ꝓfectionis de alleis alexandri ē iste. ℞. ꝙpicas allei. 5. olibani. ʒ. i. ʒ. mirrhe. ʒ. i. buliant i vino ad formā liquidi mellis ⁊ tepidum teneatur in ore. Heben ℳesue testatur qꝫ Gali. dixit, qꝫ teratur alleuz ⁊ ponatur in radice palme manus que secūdatur dolori ⁊ sanat dolorem eius: ⁊ expertum est. ℭ Aui. concedit aceruz decoctionis colloquintide: aut aristo. aut piretri: aut asse fetide: aut sinapis: aut corticum pini: mentastri condisi ⁊ similia. ⁊ vitellum oui assatum: ⁊ panem calidum super dē te applicatum ⁊ multum valent. ⁊ aqua ardens est in hoc quid optimum. ℭ Et aui. laudat euaporationem ante cibuz per duas horas: aut quatuor cuz sale ⁊ milio: aut cuz oleo calefacto. ⁊ emplz cuz his que sunt sicut malua: anetum, camo. semē lini ateꝫ feingreci valet. ℭ Laudat etiā suffumigationes cum granis colloquintide: ⁊ granis sinapi: ⁊ semine cepe: ⁊ similibus. ℭ Et concedit vna cū Rasi distillationem in aurem quando sequitur ad dolorem dētium dolor auris cum aliquo oleorū sedatiuorum vt est oleum amigd. sambucinum de castoreo: ⁊ sic de similib⁹. ℭ Aliud quod valet Gull. de va. ℞. scamonee: mirre: ere ci: costi. aā. ʒ. i. cum succo agreste ⁊ pauco opio: fiant troschi ponderis auri. i. ⁊ vocat trocisco de scamonea ⁊ liniantur dentes. ℭ Dia. dixit. collutio facta ex decoctione radicis ellebori nigri: ⁊ apius etiam retentio super dentē volentem tollit dolorem. ℭ Decoctio etiam radicum qnquefolij in aqua ⁊ aceto facta vsqꝫ dum tertia pars remaneat dum dens est sanus: ⁊ sine aceto dum dens est lesus in ore retenta dolorem dentis tollit. ℭ Collutio etiam facta ex decoctione radicum lapacij in vino cum aceto dolorem dentis tollit. ℭ Eliratura etiam radicis agrestis in ore retenta dolorem dentis longius arcet. ℭ Dia. dixit, radix iris silueſtris decocta ⁊ ore retenta dolorem dentium mitigat. Serapio dicit qꝫ fiat in aceto ⁊ aqua. ℭ Aui. dixit, radix acori valde confert ad dolorem dentium: credo qꝫ masticata vel collutiōe facta ex ea. ℭ Et dixit, decoctio corticum pini cum aceto est conueniens quando colluit ex ea ad dolorem dentiū, ⁊ secundū aliquos idem dixit de foliis eius coctis in aceto. ℭ Et dixit etiaz quando colluitur os ex aceto in quo coquuntur folia ordei sedant dolorem dentium. Dixit etiam, masticatio venarum tinctoruz s. radicū: confert dolori dentium. ℭ Serap. dixit, quādo fit collutio cum succo foliorum ebuli sedat dolorem dentium. ℭ Dixit etiam, corter radicis caparorum masticat⁹ dolorem dentis tollit. ⁊ proprie valet decoctio eius in aceto vel vino. sint tamen cortices recentes. ⁊ idem potest decoctio eius ꝓfm aui. ⁊ idem potest succus eius succus eius secundum Dia. ℭ Dixit etiam, radix malue uisci cocta in aceto ⁊ masticatio eius idem potest qđ est expertuz. ℭ Dixit etiaz. qñ radix bethonice coquit in vino: aut aceto: cū eo fit collutio oris: sedat dolorem dentiuz, ⁊ decoctio melliſe idem potest. ℭ Dixit etiā, semen stafisagrie coquit cū aceto: ⁊ fit collutio oris cū eo: confert dolori dentis: ⁊ aufert humiditatē gingiuaz. ℭ Dixit etiā. collutio oris cum aceto bulita i pomo coloquitide ꝙcoato ⁊ luto inuoluto aufert dolorē dentis: ⁊ ꝓfm aui. pōt colloquintida i aceto buliri. ℭ Gal. in. viij. dicit qꝫ radix celidōie masticata tollit dolorem dentis, ⁊ Diasc. dixit de foliis maioris celidonie. ⁊ Bar. dixit de radice vtriusqz celidonie, ⁊ i dolore dētis sani valet parte infusa in aceto. Sed in dente corroso radix celidonie maioris valet nō infusa in aceto. ℭ Apul. dixit, herbe rosmarini: radix cōmanducata dolorem dentiū tollit sine mora: vel si succuz eius tenuerit in dēte mox sanabitur. ℭ Fidelis dixit, radix marubij in ieiuno masticata dolorem dentium mox sanat. ℭ Alch. dixit. decoctio foliorum lauri cum aceto dolori dentium valet. ℭ Et dixit etiam, yſopus ficep i aceto cocta dolorem dentium removet. ℭ Isaac dixit, piretrum pulverizatū i aceto mixtū ⁊ sup dētē positū dolorē tollit. ℭ Cōstanti. dixit, decoctio

origani cum aceto collutione inde facta: dolorem dentiū tollit: origanum etiam masticatū dolorem dentis tollit. ꝛ B de origano maiori verū hꝫ. ℭ Sertus plato dirit, dēs canis combustus ꝛ in cinia vini decoctus vsqꝫ ad mediaꝫ inde os colluitur frequenter tollit dolorem dentis.

ℭ De dolore dentiū et apte gingiuar. CA. IIII.

SI dolor sit i dente rōne māe apantis gingiuā factas cūcte: diuersiōes iam dictas alibi factis vidē. ℭ In pulueribus apatis tenacē aq̄ ro. i ore: ꝛ ad idē vꝫ aqua plantaginis. ꝛ ad idē valerent iste aq̄ cum modico camphore. Vꝫ ē vinū stipticuꝫ factum cum ro. ꝛ balaustijs: ꝛ mirto: ꝛ olcum ro. ꝛ mirtinum recenta i ore ad idem valent ℭ In augmento aūt fiat b tenacē aqua ro. vel plantagis in qbus sit aliqd de mastice vel de vuis passis: ꝛ sic de alijs. Si aūt esset dolor cū istis addaē aliqd opij p remotione dolorꝫ: aut aliqd aliox narcoticox ꝓ necessitatē. ℭ Si materia sit frida. in prin. vꝫ oleuꝫ ro. cuꝫ mastice: ꝛ fiat aqua ro. cum mastice, deinde vꝫ vinuꝫ i quo sit alumē de rocha bulitum Ulterius autem vꝫ decocto ysopi: calamenti farine seminis lini ꝛ camomille. ℭ Si aūt veniret ad maturationes iuuetur cum decoctione viarum sc. lini: ficuum: ac fenugreci: ꝛ teneantur in ore, deide apta tur ꝛ mundificetur cum vino ꝛ melle ros. ℭ Si autem dolor esset rōne materie ventose existentis in radice dentiuꝫ carminetur ventositas cū decoctione ciminibaccaruꝫ lauri: ꝛ seminis cicute: galbano: ꝛ serapino: ꝛ sic de alijs.

ℭ De dolore dentium pp vermes. CA. V.

FRequenter accit dolor i dētibꝫ: ꝛ ppric i molaribus pp vermes qui generā tur i eis: e frea quē dolorē antiq sic dixerunt qp radix celidonie pfert in dolore dentis fcō a vermibꝫ sicut dictū ē supra. ca. de dolore dentium fcō a cū frida. ℭ Collutio ēt fcā cū aceto calo pfert in hoc casu, sicut dictum est i cap. de dolore dentium a cā frida: ℭ Alch. dixit sic. suffumigium factum de oleastro super dentem vbi est vermis interficit cum recepto fumo per emborum. ℭ Fidelis dixit. suffumigium factum cum iusquiamo receptum ad dentem p emborum vermem occidit ꝛ dolorem sedat. ℭ Aui. ꝛ alch. dixerunt qp suffumigium seminis porcorum extrahit vermes. ꝛ interficit quando miscetur cum alchitran: ꝛ mirigat dolorem dentiū, fiat aūt cū emborbo. Ego scio qp suffumigium factū ex semie porox sufficit educēdo ꝛ interficiēdo vermes in dentibus. ℭ Borar aūt cōfert dolori dentium fcō a vermibꝫ: vꝫ aūt esse cū aceto subtiliter trita. Et dicūt aliq doctores: qp vtraqꝫ borar, s. artificialis ꝛ mineralis in hoc casu vꝫ: mineralis mi est melior, artificalis est grisogola. ꝛ vocatur sm aliquos capistrum auri: siue gluten auri: eo qr aurum auro conglutinat.

ℭ De dolore dentium corruptorum. CA. VI.

A dente accidit sepe pforatio ꝛ putrefactio: rōne cuiꝰ i eis mirabiles dolores fiūt. Indigēt ergo tales antiotione dolorꝫ. ℭ Fidelis in hoc dixit: qp farina nigelle i dēte posita pforatio etto illum sanat. ℭ Et dixit ēt cū dēs est corruptus si in ipso ponaē aliqd quod inuemē inter gallam dolor sedaē. Et Bar. dixit qp frustum galle proprie nō pforate ponaē i corrosura dētis. ℭ Dixit ēt idē, qp s. rapinum ꝓcussuꝫ ꝛ imissuꝫ ꝓcauitati dentis: tollit dolorem eius. ℭ Dixit ēt, si dens frāgaē cū radice apij ranūi frāgit: ꝛ dolor tolluit. ℭ Dixit ēt, cerebrū pdicis cauo denti imissum ipsum rumpit: ꝛ dolorē tollit. ℭ Anic. ꝛ Sera. dixerunt qp gūma olinaꝫ siluestriū confert dolori dentium corrosoꝫ qñ iplē eo. ℭ Et dixit ēt sic aui. origanum est bonum ꝓcauationi dentiuꝫ. ℭ Et dixit ēt. cū aqua ysopi distillatur in dēte doloroso: sedat dolorē: ꝛ cōfert dētibus corrosis. ℭ Gal. i nono. lac siue succus ꝓcedant. i. feniculi agrestis i loco corrosiōis ipo maē: statim dolorē tollit, ꝛ idē facit radix eius ꝓposita sedꝫ alch. ℭ Et Gal. etiaꝫ dixit in. viij. collutio facta ex radice titimali in aceto dolorē dentis factuꝫ ex corrosione remouet. ℭ Et si vna gutta lactis titimali ponatur in loco corrosionis statim tollit dolorē: sed obturetur locus statim cum cera vel alio simili. nam si caderet super gingiuā vel linguam: statim vlceraret eam: vt dixit etiam Gal. Et Fidelis dixit: lac titimali cum farina frumenti mirtuꝫ ꝛ in foramine dentis positum illum frangit. Et Barbo. dixit qp radices titimali appositē idem faciunt quod lac: similiter ꝛ folia: licet debilius. ℭ Dias. dixit. oppoponatum in loco corrosionis impositum prohibet corrosiones in dente ꝓcedere ꝛ aufert dolorē. ℭ Dixit ēt. ramox ficꝰ cinis ꝛ ppric siluestris in corrosura positus sicut lenticula: aufert dolorem: ꝛ similiter lac ipsius ꝛ succus ramorū ēt ipsius anteqꝫ frōdescat sm Aui. imposita idem faciunt, nā subito ēricēant mās vt cauteriū. ℭ Dixit etiā Dia. plori iniectū in foramine dentis subito hūiditatē dentis ericcat: ꝛ dolorem tollit. Est aūt plori species vitrioli. ℭ Sera. dixit, si galbanū positum fuerit in corrosione dētis statim tollit dolorē, ꝛ hoc operaē in corrosis. dentibꝫ ꝛ i molaribus. ℭ Et ꝛ Barbo. pōt imponi solus ꝛ cū vino dissolutum. ℭ Dixit etiā. asfa ponitur in corrosiōe dētis: ꝛ sedat dolorꝫ, coꝛ. ꝛ frangit dentē. Et si coquaē cū ysopo ꝛ ficubus in aceto aqua temperato aut miscēt cum thure facit hoc idē qñ tenēt i ore. ℭ Et Bar. dixit. qp admirtio thuris cum asfa facit in cōfortatione dentis. ꝛ qñ implēt dens ex eis in loco corrosionis subito ericcat mām que est causa doloris. hoc autē facit marme qñ de attractione alterius materie nō timetur ꝛ idem facit similiter predicta decoctio facta cum ficubus ꝛ ysopo. ℭ Valet etiaꝫ borax modo dicto in ꝓcedenti capō. ꝛ hoc est perutile.

ℭ De cura corruptiōis dētiū ꝛ ꝓpuatōe ipsoꝝ. CA. VII.

NEcessitas me cogit vt facilioꝝ sit inuentio eoꝝ que necessaria sunt vt hic in vno puoꝓnā capō: ea q̄ absolute corruptioni dentiū simplicia sunt laudata p veteres cōferre. ℭ Ydeo ego dico qp aqua fortis in dēte oꝭ poni cum cautella tā ne tangaē ea ro. ℭ Similiter etiaꝫ valet decoctio in vino vtriusqꝫ mēte aut decoctio vtriusqꝫ saluie aut vtriusqꝫ calamenti, ꝛ piretri: seu piperis: cōsequenter impleatur eū galla ꝛ incipero mastice: ꝛ mirrha: ꝛ sulphure: ꝛ armoniaco ꝛ asfa fetida. ℭ Aui. dixit qp collutio oris facta cū mirrha vino ꝛ oleo confirmat dentē ꝛ oris valde ꝛ cōfortat eos: ꝛ prohibet corrosionē eoꝝ. ꝛ strugit eos ꝛ remouet hūiditatē eoꝝ: qd verissime ꝛptū est. ℭ Ebirānus dixit ad dentes molares ꝛ motas etiam marcidas ꝛ contusas, scruabis tu cum diuino medicamine qd te non latet. hz. sicci bothoꝝ vitis albe conillas duas corticis radicis mori. ʒ. vi. coque vsqꝫ ad dimidū: ꝛ fiat ex eis collutio oris per tres dies vel quinqꝫ vel septem: ꝛ nunqꝫ in molaribus dolebis. ℭ Serapio dixit, quando elleborus albus teriē cū cortice suo ꝛ ponitur super dentes corrosum: cōfortat ℭ Et Cōstantinus dixit, qp elleborus niger cum melle tēperatus sup rosuraꝫ dentiū posimis: eam celeriter curat. ℭ Aliabas sic dixit de alleo trito: Nam si distemperēt cū aceto ꝛ melle molaribus vtile est. ℭ Ebirānus dixit, si in tela albi aranei inuolueris granum salis ꝛ imposueris dēti perforato sanabitur. ℭ Et ego scio, qp borar i corruptione dentiū cōuenit: ꝛ cōfert multum. ℭ Aui. etiaꝫ dixit, qp decoctio foliorum tamarisci cū vino multum confert dolori dentiū colluto ore: ꝛ ex ea phibet corrosionem eoꝝ ꝛ ppric fructus ei. ℭ Et nota qp si ista nō valēt bucellē cū scarpello vel lima: ꝛ moneaē ps corrupta: ꝛ dilatēt foramen sic qd nō retineaē cibus. ℭ Et si istud non valeat cauteriseē cū ferro ignito: ꝛ sepe fecit: ꝛ obturaē illa pars corrupta. ℭ Et si ista nō valerent nō est alius modus nisi extractio eius cum cautela: qp dens nō frangaē: qz tūc radix eius remaneret qd esset malum: ꝛ ideo impleatur foramen pāno vel pecia: ꝛ consequenter extrahatur.

¶ De congelatione ventium. CA. VIII.

Secundū Gal'. in secūdo de inceriorib⁹. ꝯgelatio vētium in gñe dolor ventiū nolat'. nō imerito ergo ō ipsa fiet mentio: q̄uis ō ea pauca dicantur ¶ Et his ergo q̄ ꝯgelationez vētiū optime tollūt. scōz Dia. est portulaca masticata que ab ipsius nō ꝯplerione sed ꝑprietate subc istud agit. Et de ea dixit Lō stāti. sic. q⁹ frōdes eius cōgelatis vētibus p̄sūt. Et Aui. ⁊ Alch. dixerūt q⁹ hoc est ꝑpterea q⁹ lenit asperitatē vētiū. ¶ Aui. dixit. q⁹ bedaron g̃i. i. ozimū fluuiale remouet stupore ventiū. ¶ Amigd. quoq; amare masticate ⁊ mastix. ⁊ nux. ⁊ anellane. ⁊ cera. ⁊ casens. ⁊ vitellū ouī duruz ⁊ silia ꝯgelationem ventiuz mouent. ¶ Et silr̄ ēt fricatio ventiū cū sale vel masticatio cōgelationē vētiuz tollit.

¶ De facili eradicatiōe ventium. CA. IX.

Sepius accidit vētes cōmotos ⁊ corruptos esse: in quibus nulla speratur rectificatio fieri: quare eradicari oz ¶ Et primo in hoc Aui. dixit. q⁹ si folia oliuaz silvestriū buliant in aqua agreste donec fiat sicut mel. ⁊ ex hoc dens corruptus liniat̄ per scipsuz cadet. ¶ Ait dixit ēt q⁹ ex semine vrtice emplm factū vētiuz eradicationez facilē facit. ¶ Lac etiaz ēsule circa radicem impositū adiuuat in eradicādo vētē. ⁊ ēt dixit Aui. ¶ Et dixit etiā: citā eradicationem ventiuz ꝯmotiōz facit corp⁹ rane ⁊ pinguedo eius. Et dixit sic Aui. existimo q⁹ sit rana petrosa ⁊ non domestica illa que in hoc casu est v. silis hec nāq; species est ex eis que testant̄ medici ⁊ experimētatores cōmunitatis cijcere ventem alialiū q̄si ipsa sumit̄ in cibo vel pastu. ¶ Dia. sic dixit. si radix sicca sparagi teratur ⁊ in lana sicca inuoluatur. ⁊ venti applicetur. sine dolore dentes cadent. ¶ Alch. dixit. colloquintida eradicat dentes: ⁊ videt̄ velle q⁹ hoc facit oleū decoctionis ei⁹ distillatū ⁊ impositū: ⁊ facilē facit eradicationē ipsorum. ¶ Et dixit ēt. si vue passe adiungāt̄ vētibus motis de facili eradicantur. ¶ Dixit ēt. si terat̄ coralins ⁊ ipleant̄ cō cauitates ventiū ifirmoz eradicat eos. ¶ Isaac sic dixit. radix mori pistata in aceto ponat̄ ad solē p. xl. dies relin quat̄: ⁊ desiccata in puluerē fdigat̄: hic puluis vētes exicatos ⁊ putridos euellit: ¶ Fidelis dixit. q⁹ si fiat casula ō gūma que colligitur ex radice mori ⁊ circūponatur dente putridus sine dolore extrahit. ¶ Et dixit ēt Fidelis. radix iusquiami nigri si fortiter calefacta venti applicetur ⁊ radicibus eius cito per se cadet. caue tamē ne alios dentes tangas ⁊ quia caderent. ⁊ idez facit herba fricata super dētem. ¶ Experientia scitur de amurca olei quando ipsa coeta assumitur: ⁊ cū aqua agreste tam diu bulierit donec fiat sicut mel: ⁊ ex ea dens postea liniatur corruptus per se faciliter cadet. ⁊ idez facit fex olei ꝑparata silr̄: ⁊ ꝑprie olei facti ex oliuis maturis. arescit enim dens ⁊ cadit.

¶ Ad facilitandū ortum ventium. CA. X.

